4) Moſc. Pariſ. Ῥητίας, et ſic Guarinus *ex Apolline et Rhetia.* Alii Ῥυτίας, quod nomen an ſanum ſit, dubitat Heyne ad Apollodor. p. m. 37. Sed nec de altera ſcriptura certiora pronuntiari poſſunt. Apollodorus 1, 3, 4. et cum eo Tzetzes ad Lycophr. v. 78. eos Apollinis et Thaliae filios faciunt.

5) Moſc. Pariſ. edd. Ald. Hopper. Xyl. et Caſaub. 1. ut jam ſupra idem notavi, Κύρβαντας, quam formam metri cauſa adhibent poetae, ut Lycophr. v. 78.

6) Moſcov. Pariſ. ut antea, cum edd. Aldi, Hopp. Xyl. falſo Καβείρῳ, et pro Καβειρίδας Venet. Θειρίδας.

Cabeiridas. Pherecydes ex Apolline et Rhytia novem Corybantes, qui habitaverint in Samothrace: e Cabeira, Protei filia, et Vulcano Cabiros tres, et Nymphas

Θεολογούμενα. p. 473. Νύμφας τρεῖς Καβειρίδας· ἑκατέροις δ' ἱερὰ [7] γίνεσθαι· μάλιστα μὲν οὖν ἐν [8] Λήμνῳ καὶ Ἴμβρῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν· ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις· τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν ἐστὶ μυστικά. Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἐν [9] Μέμφει λέγει τῶν Καβείρων ἱερὰ, καθάπερ καὶ τοῦ Ἡφαίστου· διαφθεῖραι δ' αὐτὰ Καμβύσην. Ἔστι δ' ἀοίκητα τὰ χωρία τῆς τῶν δαιμόνων τούτων τιμῆς· τό, τε Κορυβάντιον τὸ ἐν τῇ Ἀμαξιτίᾳ τῆς νῦν Ἀλεξανδρέων χώρας ἐγγὺς τοῦ Σμινθίου, καὶ ἡ Κορύβισσα ἐν τῇ Σκηψίᾳ περὶ ποταμὸν Εὐρήεντα, καὶ

7) Sic pro γενέσθαι Casaubonn. Medic. 1. 2. Moscov. Paris. Vatic. Venet. quod, cum ad durationem spectet, recepi.

8) Medic. 1. 2. Ἴμβρῳ καὶ Λήμνῳ. Paris. Moscov. Ἰμβρίῳ καὶ Λήμνῳ. In edd. Aldi et Hopperi male scribitur Λίμνῳ. Eaedem cum Xyl. in sequ. dant εἰσὶ μυστικὰ, non sine exemplo, hic tamen sine auctoritate.

9) Medic. 2. Μέμφι, Paris. Μέμφῃ. Vulgata lectio recte habet. Post ante Καβείρων articulus τῶν, item ἔτι ante χειμαῤῥέον ex subplemento accesserant in Med. 2. qui et male fert ᾔδεον pro ᾔδεσαι; edd. Aldi, Hopp. ἰήθεσι. Ante Κορύβαντες δὲ deest καὶ in ed. Xyl.

phas Cabeiridas: utrisque sua sacra esse: maxime autem in Lemno et Imbro Cabeiros cultos, sed et secundum urbes Troiae: nomina eorum sunt mystica. Herodotus auctor est, etiam apud Memphin templa fuisse, ut Vulcani, ita etiam Cabirorum, sed esse a Cambyse deleta. Loca, honoribus istorum geniorum consecrata, deserta sunt, Corybantium in Hamaxitia, quae nunc Alexandreorum ad territorium pertinet, prope Sminthium, et Corybissa in Scepsia ad fluvium Euryentem, vicumque ejusdem nominis, et tor-

κώμην ὁμώνυμον, καὶ ἔτι χείμαῤῥον Αἰθαλόεντα. Πιθανὸν δέ φησιν ὁ Σκήψιος, Κουρῆτας μὲν καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτούς, οἳ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιστείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἤιθεοι καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι. Καὶ Κορύβαντες δὲ ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς, οὓς καὶ βητάρμονας λέγει [10] ὁ ποιητής· Θεολογούμενα.

Δεῦτ᾽ ἄγε Φαιήκων βητάρμονες, ὅσσοι ἄριστοι.

Τῶν δὲ Κορυβάντων [11] ὀρχηστικῶν καὶ ἐνθουσιαστικῶν ὄντων, καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους [12] κορυβαντιᾷν φαμέν.

§. 22.

10) Articulum, qui sic solet praeponi, addidi ex Medic. 1. 2. 3. Mosc. In edd. omittit Casaub. 1. cum ceteris, nisi temere effluxit. Ὅσοι, quod tenet omnes editiones, ferri in versu nequit. Ceterum libri Homerici Odyss. 8, 250. pro Δεῦτ᾽ ἄγε exhibent Ἀλλ᾽ ἄγε.

11) Temere praecedit ἐν in edd. Aldi et Hopperi, quod recte exsulare jussit Xylander. Contra post eaedem edd. minus dant, θυσιαστικῶν pro ἐνθουσιαστικῶν.

12) Sic Casaubonn. Vatic. Urbin. Venet. Moscov. Paris. Medic. 1. 2. 3; nec aliter legit Guarinus, qui reddit *corybantiare.* Ita etiam volebat Casaubonus. Vulgo Κορύβαντας, quod fluxit ex ed. Aldi.

torrentem Aethaloenta. Scepsius perhibet, verisimile esse, Curetas et Corybantas fuisse eosdem, qui ad cultum Matris deûm adsciti adolescentes et pueri in armis saltarent: dictosque Corybantas, quia κορύπτοντες βαίνοιεν, quia cum saltatione incederent: quos etiam betarmones Homerus appellat:

Huc age Phaeacum betarmones excellentes.

Quando autem Corybantes saltare et instinctu divino concitari solebant, etiam nos κορυβαντιᾷν dicimus, qui furiose moventur.

Θεολογούμενα.

§. 22.

Δακτύλους δ' Ἰδαίους φασί τινες κεκλῆσθαι τοὺς πρώτους οἰκήτορας τῆς κατὰ τὴν Ἴδην ὑπωρείας· [1] πόδας μὲν γὰρ λέγεσθαι τὰς ὑπωρείας, κορυφὰς δὲ τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν· αἱ οὖν κατὰ μέρος ἐσχατιαὶ [2] καὶ πᾶσαι τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱεραὶ περὶ τὴν [3] Ἴδην. [4] Σοφοκλῆς δὲ οἴεται, πέντε

1) Haec verba πόδας — ὑπωρείας primum in Medic. 2. omissa posterior cura subpleverat.

2) Medic. 3. αἱ πᾶσαι. Tum vocabula τῆς μητρὸς in eodem desunt.

3) Medic. 3. adjicit δάκτυλοι, quod ad argumentationis summam conficiendam in aliis desideratur et sagaciter subpleverat Casaubonus in hujus loci expositione. Ita enim: Cum totam, inquit, τὴν ὑπώρειαν πόδας appellent, sequitur, ut αἱ κατὰ μέρος ἐσχατιαὶ dicantur δάκτυλοι, quas qui occuparent, Dactylos Idaeos ὁμωνύμως appellarunt. Rarior autem hic est, sed exquisitior vis et usus hujus vocis, quo omnino τὰ ἄκρα ἐσχισμένα sic dici possunt, ut ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Adludit huc etiam Eustathius ad Homer. Il. 2, 637. p. m. 234. in. ubi, cum docet, a manu ejusque partibus metaphoras duci, subjungit: ἐκ τῶν τοιούτων ὥρμηνται καὶ οἱ Ἰδαῖοι δάκτυλοι, καὶ τὸ ῥοδοδάκτυλος ἡμέρα, etsi hic δάκτυλοι proprie ad πόδα referuntur, de quo dici notat etiam Pollux 2, 4. s. 198.

4) Haec verba ad κληθῆναι desunt in Medic. 3.

§. 22.

Dactylos autem Idaeos sunt qui dicant vocatos primos cultores radicum Idae montis: nam imas montium partes vocari pedes, ut summas vertices: singulae autem montium Idaeorum extremitates magnae Matri fuerunt consecratae. Sophocles censet, quin-

τε τοὺς πρώτους ἄρσενας γενέσθαι, οἳ σίδηρόν τε ἐξεῦρον καὶ εἰργάσαντο πρῶτοι, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων· πέντε δὲ καὶ ἀδελφὰς τούτων· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ Δακτύλους κληθῆναι. Ἄλλοι[5] δ' ἄλλως μυθεύουσιν, ἀπόροις ἄπορα συνάπτοντες· διαφόροις δὲ, καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοῖς ἀριθμοῖς χρῶνται, ὧν[6] Κέλμιν ὀνομάζουσί τινα, Θεολογούμενα.

5) Medic. 3. δ' ἄλλα.

6) Σαλαμῖνον libri omnes; tantum Guarinus *Salanimum.* Scaliger in margine edit. Xyl. leg. adſcripſerat Κέλμινον ὄνομα. Caſaubonus malit Κέλμιν, uti vocatur ab auctore Phoronidis, cuius verſus dat Schol. Apollon. ad 1, 1129. et ex eo Eudocia in Viol. p. 103. Certe Κέλμις ab aliis etiam in Idaeis Dactylis commemoratur, veluti Heſychio h. v. Clemente Alex. Strom. lib. 1. p. 307. Sylb. Cf. etiam Ovid. Metam. 4, 282. Zenob. Proverb. 4, 80. Pro eo corrupte *Celmon* ſcribitur in Diomede lib. 3. p. 475. (Gramm. Putſch.) Σκέλμις in Nonno 14, 39. Τέλμις in Euſebio de praeparat. Evang. 10, 6. ex Clemente. Cf. Scaliger ad Euſebii chronol. p. 38. et qui praeterea memorantur a viris doctis ad Ovid. c. l. et Heſych. T. 2. p. 225. Maxime tamen huc valet iu marmoribus Arundel. Chronicon Parium epoch. 11. ubi integris literis ſic effertur. Quae quidem ideo huc contuli, ut libros noſtros temere contra tot auctorum teſtimonia niti docerem, in quibus maxime valet Phoronis, quam ipſe Strabo in his produxit. Sine dubio ſyllaba ultima ον adcrevit ex proximae

quinque primos mares fuiſſe, qui primi ferrum invenerint atque cuderint, multaque alia ad vitam utilia repererint: quinque etiam his fuiſſe ſorores: a numero autem Dactylos, id eſt digitos, nomen accepiſſe. Alii aliter fabulantur, incertis incerta annectentes, diverſos et numeros et nomina ponentes, Celmin, Da-

Θεολογούμενα

τινα, καὶ [7] Δαμναμενέα, καὶ Ἡρακλέα, καὶ Ἄκμονα· καὶ οἱ μὲν ἐπιχωρίους τῆς Ἴδης, οἱ δὲ ἐποίκους· πάντες δὲ σίδηρον [8] εἰργᾶσθαι ὑπὸ τούτων ἐν Ἴδῃ πρῶτόν φασι· πάντες δὲ καὶ γόητας ὑπειλήφασι, καὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, καὶ ἐν Φρυ-

mae ſyllabae adhaeſione, ut reſtet Σάλαμιν, cujus corruptio ex Κέλμιν facilius intelligitur; quod quidem reponere ſum auſus et in Caſauboni emendatione in notis ſubjecta probaverat ad Diodor. Sic. 5, 64. Weſſelingius. St. Croix p. 47. et 61. c. l. ex Heſychio T. 2. p. 1143. Σαλαμίνιος ad vulgatam formam malit arceſſere; at mutata ante ſine cauſa lectione in Heſychio. Diverſa et magis a vero aliena tradit Pauſan. 5, 7, 4.

7) Medic. Δαμνέα, reliqui libri et ſcripti et editi Δαμνανέα. At et hoc ex detractione tamen corruptum docet eadem pars Phoronidis antea memoratae et loca Nonni, Euſebii, Diomedis, in quibus vocatur Δαμναμενεύς. Δαμνανεύς, ut hic vulgo legitur, habet quidem etiam Clemens c. l. in editis, attamen Δαμναμενεὺς ex eo refert Euſebius c. l. Recepi igitur hanc formam, quam in notis probaverat olim Caſaubonus, poſt in verſione poſuit Penzelius. Cf. viri docti ad Chron. Par. c. l. et de corruptione vocis etiam Scaliger ad Euſebii Chronol. p. 38.

8) Caſaubonn. εἴργασθαι et εἰργάσαι; ex meis Pariſ. εἴργασθαι; Venet. Medic. 1. 3. εἰργάσθαι; Moſcov. εἰργᾶσθαι; Medic. 2. ἐργάσασθαι, ut editiones. Scaliger in margine ed. Xyl. recte emendaverat εἰργᾶσθαι, quod et codices probant et nexus; ab ἐργάω. Pro σίδηρον male antea Moſcov. σίδηραν, forte pro σιδηρείαν. Sed illud melius et ſic paullo antea noſter σίδηρον εἰργάσαντο. In ſequ. πρῶτον in Med. 2. poſt acceſſerat.

Damnameneum, Herculem, et Acmonem inter eos referentes: alii indigenas Idae, alii inquilinos faciunt. In hoc conſentiunt, primum ab iis ſub Ida ferrum fabricatum: ab omnibus etiam impoſtores creditos eſſe, famulos magnae Matris, et in Phrygia apud Idam

Φρυγίᾳ ᾠκηκότας περὶ τὴν Ἴδην· Φρυγίαν τὴν Τρῳάδα καλοῦντες, διὰ τὸ τοὺς Φρύγας ἐπικρατῆσαι πλησιοχώρους ὄντας, τῆς [9] Τροίας ἐκπεπορθημένης. Ὑπονοοῦσι δὲ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων ἐκγόνους εἶναι τούς τε Κουρῆτας καὶ τοὺς Κορύβαντας· τοὺς γοῦν πρώτους [10] γεννηθέντας ἐν Κρήτῃ ἑκατὸν ἄνδρας Ἰδαίους Δακτύλους κληθῆναι· τούτων δ' ἀπογόνους φασὶ Κουρῆτας ἐννέα γενέσθαι· τούτων δ' ἕκαστον δέκα παῖδας τεκνῶσαι τοὺς Ἰδαίους καλουμένους Δακτύλους. Θεολογούμενα.

§. 23.

Προήχθημεν δὲ διὰ πλειόνων εἰπεῖν περὶ τούτων, καίπερ ἥκιστα φιλομυθοῦντες, ὅτι τῦ θεολογι- p. 471.

9) Sic Mssti. Edd. Aldi, Hopp. Τρoίας, Xyl. Τροίας, inde a Casaubono Τρωΐας. Equidem dedi Τροίας, ut lib. 8. p. m. 70. scribitur et saepius lib. 12.

10) Sic Medic. 1. 2. 3. Mosc. Paris. Alii cum edd. γενηθέντας, ut in hoc variari solet. V. supra ad p. 468. m.

Idam habitasse: cum quidem Phrygiae nomine Troadem, quia Phryges vicini eam occupaverunt, Troia evastata, intelligerent. Suspicantur etiam, Idaeorum Dactylorum posteros esse Curetas et Corybantes: primos c viros in Creta natos, Dactylos Idaeos cognominatos: ab his progenitos IX Curetas, quorum quivis X filios genuerit, qui Idaei Dactyli sint appellati.

§. 23.

Quanquam minime delector fabulis, tamen, ut copiosius de his dicerem, me

Θεολογούμενα. λογικοῦ γένους ἐφάπτεται τὰ πράγματα ταῦτα. [1] Πᾶς δ' ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος ἀρχαίας ἐξετάζει δόξας καὶ μύθους, αἰνιττομένων τῶν παλαιῶν, ἃς εἶχον ἐννοίας [2] φυσικὰς περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ προστιθέντων ἀεὶ τοῖς λόγοις τὸν μῦθον. Ἅπαντα μὲν οὖν τὰ αἰνίγματα λύειν [3] ἐπ' ἀκριβὲς οὐ ῥᾴδιον· τοῦ δὲ πλήθους τῶν μυθευομένων ἐκτεθέντος εἰς τὸ μέσον, τῶν μὲν ὁμολογούντων ἀλλή-

1) Medic. 1. 2. 3. Πᾶς δὲ ὁ. Tum iidem et Mofcov. cum edd. Aldi, Hopperi αἰνιττομένους pro αἰνιττομένων, quafi ad μύθους referendum effet, quod tamen fequentia propter repetitam etiam vocem μῦθος non ferunt; immo ἀνθρώπων. Tum Medic. 3. ἃ εἶχον.

2) Sic Cafaubonn. Vatic. Urbin. Medic. 3. Mofc. Parif. Editiones cum reliquis Msstis φυσικῶς, quod ex Veneto duxiffe videtur Aldus. Illud etiam recte probavit Heyne in Commentatt. Goetting. p. 19. n. 5.

3) Cafaubonn. et Med. 3. ἀκριβῶς; reliqui, ut edd. ἐπ' ἀκριβὲς, quod non mutavi. Sic enim paffim ἐπὶ cum neutris, ut μικρὸν (infra lib. 11. p. 514.) μέγα (Arrian. de exped. Alex. 2, 26, 5.) ἴσον (Polyb. 6, 38, 4.) πολὺ, ὀλίγον et alia. Cf. Lennep ad Phalarid. epift. 2. p. 6. Tum pro μυθευομένων Vatic. πολιτευομένων, quod hinc eft alienum.

me iftud movit, quia ad theologiam res iftae pertinent. Omnis autem de diis disputatio antiquas perpendit opiniones ac fabulas, prifcis fub involucro, quas habebant de rebus naturalibus fententias, proponentibus, femperque fabulam eis annectentibus. Sane omnia aenigmata diffolvere et explicare penitus non eft in proclivi: multitudine autem fabularum in medium collata, quarum aliae confentiunt in-

λήλοις, τῶν δ' ἐναντιουμένων, [4] εὐπορώτερον ἄν τις ἐξ αὐτῶν εἰκάσειε τἀληθές· οἷον τὰς ὀρειβασίας τῶν περὶ τὸ θεῖον σπουδαζόντων, καὶ [5] αὐτῶν τῶν θεῶν, καὶ τοὺς ἐνθουσιασμοὺς, εἰκότως μυθεύουσι κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καθ' ἣν καὶ [6] οὐρανίους νομίζουσι τοὺς θεοὺς καὶ προνοητικοὺς, τῶν Θεολεγούμενα.

4) Vulgo εὐπορώτερον ἀντιδοῦναι, τὸ ἐξ αὐτῶν εἰκάζειν τ' ἀληθές. Locus obſcurus ſenſuque caſſus, uti vulgo fertur, quem, facta verborum immutatione, inferre tentarunt viri aliqui docti. Tyrwhitt igitur p. m. 40. ſcribendum putat: εὐπορώτερον ἂν τις δύναιτο ἐξ αὐτῶν εἰκάζειν — Heyne c. l. εὐπορώτερον ἂν ἰδεῖν τε εἶναι, niſi libri meliora ſuppeditent. Diſtant autem aliqui a vulgata lectione. Sic Caſaubonn. εὐπορώτερον ἂν δοῦναι τι; Medic. 3. εὐπορώτερον ἄν τις ἐξ αὐτῶν εἰκάσειε τἀληθές. Guarinus aliquatenus ſenſum exprimere ſtuduit: *dare e contra facilius eſt.* (quae praecedentibus adjunxit.) *Quidnam ex ipſis verum eſſe conjectemus; quale eſt* — Tyrwhitti conjectura vulgatae lectionis veſtigia proxime premit. Cum tamen codex obportunam ſiſtat, eam rejicere dubitavi, etſi, unde vulgata manarit, non adſequor.

5) Caſaubonn. αὐτοῦ. Tum ante αἰτίαν in Medic. 2. deeſt τήν.

6) Vatic. οὐρανίως contra nexum. Proxime poſt pro vulgato νομίζειν, quod, unde pendeat, non habet, Caſaubonn. Medic. 3. Moſc. Pariſ. νομίζουσι, ex quibus recepi. Probaverat idem St. Croix in recherches ſur les myſtères p. 578. Vitioſe in ſequ. Medic. 2. 3. μεταλευτικόν, et ex corr. Medic. 2. θηρατικόν.

inter ſe, aliae diſcrepant, facilius inde verum conii-ciendo elicere licet. Verbi gratia, quod in montibus vagari cum adminiſtri deorum, tum ipſi dii perhibentur, ac inſtinctibus citari, probabiliter fabulantur eadem de cauſa, ob quam etiam coeleſtes deos cen-

Θεολογούμενα. τε ἄλλων, καὶ τῶν προσημασιῶν· τῇ μὲν οὖν ὀρειβασίᾳ τὸ μεταλλευτικὸν, καὶ τὸ θηρευτικὸν, [7] καὶ ζητητικὸν τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων ἐφάνη συγγενές· τῶν δ' ἐνθουσιασμῶν, καὶ θρησκείας, καὶ μαντικῆς τὸ ἀγυρτικὸν, καὶ γοητείας ἐγγύς. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ φιλότεχνον μάλιστα, τὸ περὶ τὰς Διονυσιακὰς τέχνας καὶ τὰς Ὀρφικάς. Ἀλλ' ἀπόχρη περὶ αὐτῶν.

ΚΕΦ. Δ.

§. 1.

[1] Ἐπεὶ δὲ πρῶτον [2] περὶ τῶν τῆς Πελοποννήσου νήσων

7) Καὶ abest in Moscov. Medic. 1. 2. 3. Paris. et edd. Aldi, Hopperi. Equidem desidero praeterea repetitum τὸ in hoc nexu, quod alias adest. Post vitiose in ed. Xyl. συγγενής.

1) Moscov. Paris. Ἐπειδὴ πρῶτον. Δὲ et δὴ saepe miscentur, sed et pro uno ἐπεὶ adfertur ἐπειδὴ, ut lib. 9. p. m. 393.

2) Paris. περὶ τῆς Πελοποννήσου νήσων τῶν τε ἄλλων; Medic. 3. περὶ τῶν τῆς Πελοπ' νήσων τῶν τε ἄλλων; Moscov. περὶ νήσων τῆς Πελοποννήσου τῶν τε ἄλλων. Placuit lectio Medic. 3. Vulgo περὶ τῆς Πελοποννήσου τῶν τε ἄλλων νήσων.

semus ac provides cum aliarum rerum, tum signorum coelestium. Montanae porro vagationi venatio et indagatio rerum ad vitam utilium videbatur cognata: furoribus, cultui et divinationi praestigiae sunt adfines. Talis est etiam curiositas histrionum et Orphicarum artium. Sed de his satis.

CAP. IV.

§. 1.

Quoniam vero primum de Peloponneso diximus et insulis, quae in Corinthiaco

σων τῶν τε ἄλλων [3] διήλθομεν, [4] καὶ τῶν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, περὶ [5] καὶ τῆς Κρήτης ἐφεξῆς ῥητέον· [6] [καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς Πελοποννήσου ἐστὶ,] καὶ εἴτις [7] τῶν πρὸς ἕω Insulae.

3) Mosc. Paris. Medic. 3. διῆλθον. Alii cum Guarino et edd. pluralem numerum adferunt, quo et paullo superius est usus.

4) Praeposui καὶ ex Medic. 1. 2. 3. Moscov. Paris. et edd. Aldi, Hopperi, quod vulgo abest. Ita enim solet. Ante Κορινθιακῷ in Medic. 1. deest τῷ et ante τῶν in Medic. 2. et edd. Aldi, Hopperi καί.

5) Καὶ addidi, secutus tot codices, Medic. 1. 2. 3. Vatic. Urbin. Moscov. Paris.

6) Fortasse καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς. In veteribus locus erat corruptus et perturbatus. *Casaubonus.* Vero propius credo καὶ γὰρ αὐτῆς πρὸ τῆς Πελοποννήσου. *Tyrwhittus* p. m. 40. Vulgatam lectionem remoto πρὸ servant mei omnes; quae et intelligi potest, in primis si superiora respicias; tantum Medic. 3. haec verba: καὶ γὰρ αὐτῆς — ἐστὶ ignorat.

7) Verba τῶν — νήσων τῶν absunt in Medic. 3. Ven. Vatic. Urbin. Paris. Moscov. in quo a manu recentiori adscripta margo acceperat. Guarinus locum invertit nec minus, quibusdam omissis, Penzelius. *Tzschucke.* Locus suspectus. In vet. lib. legitur: περὶ τὴν Κρήτην ἱστορεῖ. *Casaubonus.* Περὶ τὴν Κρήτην habent etiam mei ad unum omnes; priora, ut notavi, in quibus ab Aldo accessisse videtur τῶν πρὸς ἕω νήσων, quod cum nec verum sit, removi nunc verba καὶ γὰρ — ἐστὶ parenthesi inclusa.

co sunt sinu, aut ante eum: deinceps de Creta disseramus, Peloponneso vicina, aliisque inde versus orientem solem insulis circa Cretam; in quibus Cyclades

Insulae. ἔω νήσων τῶν περὶ Κρήτην· ἐν δὲ ταύταις αἵ τε Κυκλάδες εἰσὶ καὶ αἱ Σποράδες· αἱ μὲν ἄξιαι μνήμης, αἱ δ' ἀσημότεραι.

§. 2.

Νυνὶ δὲ περὶ τῆς Κρήτης πρῶτον [1] λέγωμεν. Εὔδοξος μὲν οὖν ἐν τῷ Αἰγαίῳ φησὶν αὐτὴν ἱδρῦσθαι. Δεῖ δὲ μὴ οὕτως· ἀλλὰ κεῖσθαι μὲν μεταξὺ τῆς Κυρηναίας καὶ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι [2] Λακωνικῆς, ἐπὶ μῆκος ταύταις ταῖς χώραις παράλληλον ἀπὸ τῆς [3] ἑσπερίας ἐπὶ τὴν ἕω·

1) Medic. 1. 3. Parif. Venet. (πρότον) Mosc. πρῶτον λέγωμεν, uti Medic. 2. sed post ex correctione πρῶτον λέγωμεν; Parif. tantum λέγομεν, neglecta voce πρῶτον, uti exstat in edd. Aldi, Hopperi, Xyl. Post Casaubonus praeivit λέγωμεν. De hac variatione dixi ad lib. 9. p. m. 400. Utrum praeferendum sit, vix liquet. Alias enim in progressione conjunctivo utitur, vel pro eo dicit λεκτέον, λεγέσθω. (lib. 12. p. 541. in.) Sed et διέξιμεν lib. 9. p. m. 335. Πρῶτον, quod aptum videbatur, ex Msstis inserui.

2) Praeposito articulo dant Medic. 1. 2. 3. Moscov.

3) Medic. 3. ἑσπέρας; alii ἑσπερίας, ut lib. 11. p. 490. f. ubi tamen idem codex cum alio etiam ἑσπέρας dedit. Nolui

des etiam sunt et Sporades, aliae nobiliores, obscuriores aliae.

§. 2.

Nunc de Creta *primum* dicamus. Eudoxus eam in Aegaeo mari sitam ait: non recte. Iacet inter Cyrenaicam et Graeciam, quae a Sunio usque ad Laconicam est, in longum aequali intervallo iuxta has regiones ab occasu versus

ἕω· κλύζεσθαι δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγαίῳ πελάγει, καὶ τῷ Κρητικῷ, ἀπὸ δὲ τοῦ νότου τῷ Λιβυκῷ τῷ συνάπτοντι πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. Τῶν δὲ ἄκρων τὸ μὲν ἑσπέριον ἐστὶ τὸ περὶ [4] Φάλαρνα, πλάτος ἔχον διακοσίων [5] που σαδίων καὶ Insulae.

Nolui tamen, cum nulla cogat necessitas, mutare, etsi alterum esset usitatius, alias etiam ἰώας melius obponi potuisset. Pro δὲ ἀπὸ Paris. habet δ' ἀπό. Utraque forma reperitur. Tum ante νότου articulum omittunt edd. ante Casaubonum.

4) Lego Φαλάσαρνα. Auctores mihi emendationis Plinius, [4, 20. s. 12. ubi *Phalasarne*] Ptolemaeus, [3, 17.] Stephanus, [h. v.] Strabo ipse alio loco. [p. 479.] *Casaubonus.* Addi de eadem urbe testes possunt Dicaearchus de Creta v. 10. Scylax p. 17. sq. Hudf. et Polyb. 23, 15, 3. Hinc *Sinus Phalasarneus* commemoratur a Livio 42, 51, 7. Accedit, quod eodem situ in occidentali Cretae parte eadem urbs et infra p. 479. constituitur et in litore a Ptolemaeo. Tum *Phalarna* nemini in Creta innotuerunt. Attamen violentior illa videtur mutatio, in primis cum infra ab omnibus recte fuerit edita. Tum omnes feminino genere efferunt, cum aperte hic neutro genere nomen prodeat. Possis leviori mutatione legere Φάλαννα, quod in margine adleverat Meursius et reddidit Guarinus, nisi idem obstaret et situs notus esset. Adtingit enim tantum in Creta Stephanus h. v. Vulgatam igitur lectionem adtrectare dubitavi, et forte *Phalanna* in Guarini versione positum est pro *Phalarna*. Excepit tamen Casauboni emendationem Penzelius.

5) Interposui που ex Medic. 1. 2. 3. Moscov. Vatic. Urbin. Paris.

sus ortum porrecta. Alluitur a septentrionibus mari Aegaeo atque Cretico, a meridie Libyco, quod contiguum est Aegyptio. De extremitatibus occidua est circa

Insulae. καὶ εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον· [6] ὧν τὸ μὲν νότιον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον· τὸ δ' ἀρκτικὸν [7] Κίμαρος· [8] τὸ δ' ἑῷον τὸ Σαμώνιόν ἐστιν, ὑπερπίπτον τοῦ Σουνίου οὐ πολὺ πρὸς ἕω.

§. 3.

Μέγεθος δὲ Σωσικράτης μὲν, ὅν φησιν ἀκριβοῦν Ἀπολλόδωρος τὰ περὶ τὴν νῆσον, ἀφορίζεται, [1] μήκει μὲν [2] πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων καὶ τρια-

6) Verba ὧν τὸ μὲν — μέτωπον post addita erant in Medic. 2.

7) Sic legitur in omnibus libris; an recte, nescio. Solus Gemistus Pletho B. qui aliqua hinc decerpta et in summam contracta exhibet, dat Κάῤῥημος. In Ptolemaeo 3, 17. lego Κίσμος ab hac parte pro Κίσαμος, qui Straboni p. 479. Apterae navale dicitur. Κίμαρος tamen infra p. 475. in plerisque recurrit. Cf. Ptolemaeus.

8) Medic. 3. τὸ δὲ ἑῶον. Cf. paullo ante. De nomine Σαμώνιον, quod in Σαλμώνιον mutatum volebat Salmasius, libri tamen et hic tuentur, supra dictum est. Cf. etiam Casaubon. ad p. 475. in. Gemistus Pletho B. vitiose dat Σαμβώνιον.

1) Medic. 2. corr. μῆκος μέν.

2) Fortasse οὐ πλειόνων. Plinius enim, qui minimum ab hac summa aberrat, Cretam ait Lib. 4. c. 12. [s. 20.] longitu-

circa Phalarna, lata CC stadia, scissaque in duo promontoria: de quibus meridionale Criu metopon (id est arietis frons) vocatur, septentrionale Cimarus. Orientalis autem est Samonium promontorium, Sunium non procul excedens versus ortum.

§. 3.

Magnitudinem insulae Sosicrates, quem res huius insulae exquisite tradidisse Apollodorus ait, in longitudinem definit stadiis CIↃ CIↃ

τριακοσίων· πλάτει δὲ [3] ὑ κατὰ τὸ μέγεθος· [4] ὥσθ' ὁ κύκλος γίνοιτ' ἂν πλέον ἢ πεντακισχίλιοι στάδιοι. Insulae. p. 475.

gitudinem implere CCLXX M. P. quae efficiunt ſtadia bis mille ducenta et quadraginta. An codices Pliniani potius mendoſi eſſe dicendi ſunt? Sane ſicut ejus vulgatae lectioni favet Martianus Capella Lib. 6. p. 212. ſic poteſt eam in dubium vocare Aethicus, quorum uterque non alium, opinor, quam Plinium ſequebatur. Rem tamen ſi diligentius expendas, nec in Strabone quidquam, nec in Plinio mutabis. *Caſaubonus.* Satis quidem ſic vage loquitur Strabo, cum, quo usque ultra illum numerum progredi liceat, ignoretur; contra magis definite. Ita paullo poſt in ſimili nexu quidam hanc particulam omiſerunt, ut ſaepe alibi libri, de quo vid. Beckii comment. 2. de interpret. vet. ſcriptor. p. 73. Plinio 270 M. P. efficiunt 2160 ſtadia. Scylax p. 56. Hudſ. longitudinem facit 2500 ſtadiorum. At cum Soſicrate conſentit Agathemer. 1, 5. etſi 2, 14. tantum 1500 ſtadia habet, corruptus hic forſitan. Poteſt tamen etiam ex vulgata lectione locus intelligi; tum proxime poſt ſequitur οὐ. Ipſorum verborum ordinem ſic immutat Medic. 3. καὶ τριακοσίων σταδίων. Edd. Aldi, Hopp. repetito temere ἢ ſic: καὶ ἢ τριακοσίων.

3) Medic. 3. Moſcov. Venet. Pariſ. ὑπὸ; Medic. 1. corr. αὐτω; in Moſcov. ὑπὸ, cui vulgata lectio οὐ κατὰ erat ſupra ſcripta; quam reliqui cum edd. ferebant. Guarinus tamen etiam legerat ὑπὸ, etſi non recte reddidit *prae magnitudine.* Utrum verum ſit, dubium, cum idem velint. Ut enim ὑπὲρ auget, ſic contra ὑπὸ minuit.

4) Caſaubonn. Moſcov. Medic. 1. 2. 3. Venet. Vatic. Urbin. Pariſ. ὥσθ' ὁ κύκλος γίνοιτ' (Moſc. γένοιτ') ἂν πλέον (Pariſ. πλεῖον) ἢ. Et ſic vetus interpres reddidit Vulgata, quae

CIↃ CCC et amplius, latitudine longitudini non reſpondente: ita ut fiat ambitus Cretae maior IↃↃ ſtadiis.

Insulae. δίοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ τετρακισχιλίους καὶ ἑκατόν φησιν. Ἱερώνυμος δὲ μῆκος [5] δισχιλίων φήσας, τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλον, πλειόνων ἂν εἴη λέγων τὸν κύκλον, ἢ ὅσον Ἀρτεμίδωρος, κατά τε τὸ τρίτον μέρος τοῦ μήκους. Τὸ δὲ ἔνθεν [6] ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων, ἔχων κατοικίαν πρὸς μὲν

quae Aldo debetur, addit οὐ, quod tantum postea in Mosc. erat insertum. *Tzschucke*. Tollenda prorsus negatio, quae recte a libris manu exaratis aberat. Recte autem colligit Strabo. Nam si Cretae longitudo ultra 2300 stadia porrigitur, necessarium est omnino, ut ambitus sit major stad. 5000. Plinius [4, 20. s. 12.] cum dicit Cretam circuitu implere M. P. 589, quae sunt stadia 4712, medius est inter Sosicratem et Artemidorum; Sosicrati tamen propior. *Casaubonus*.

5) Sic Casaubonn. Medic. 1. 2. 3. Paris. Vatic. Urbin. quod et adsensu suo probat Casaubonus, cum vulgo feratur διςχιλίας. Sic lib. 8, 2, 1. et alibi.

6) Locus hic foede est mutilatus. Quo enim refertur isthmus ille? quam praeceps enumeratio locorum? quid est Phoenix Lampei? Tabulae te hic expedirent. Φοινικοῦς et Φοῖνιξ λιμὴν καὶ πόλις scriptum fuisse apparet ex Ptolemaeo. [3, 17.] *Minoam* pro *Ninoa* restitui, et lego διὰ τῆς Λυκτίων. Post ante Ἄλλη δ' ἄλλων etc. non est obscurum, esse hiatum. *Xylander*. Isthmum vocant angustam illam Cretae partem, quam vides in Ptolemaicis esse inter Amphimaliam et Phoenicem portum. *Casaubonus*. De aliis deinceps.

diis. Artemidorus IV millia et C. Hieronymus longitudini CIↃ CIↃ tribuens, latitudinem inaequalem pronunciat esse, ut pluribus circulum faciat, quam Artemidorus, tertia parte longitudinis. Exinde isthmus est fere C stadiorum, in quo ad latus septentrionale est pagus maritimus, Amphimalla; ad austrinum Phoe-

μὲν τῇ βορείῳ θαλάττῃ, [7] Ἀμφίμαλλαν· πρὸς δὲ τῇ νοτίῳ, [8] Φοίνικα τῶν Λαμπέων. Πλατυτάτη δὲ Insulae.

7) Ptolemaeo [c. l.] Ἀμφιμαλή. Lego Ἀμφιμαλλίαν vel cum Plinio [c. l.] Ἀμφίμαλλαν. Illa autem Φοίνικα τὸν Λάμπεω quid sibi velint, acutiores divinabunt. *Phoenicis* portus meminit et D. Lucas in Actis 27, 12. *Casaubonus.* In Ptolemaeo 3, 17. legitur Ἀμφιμαλῆς s. Ἀμφιμαλλὴς (sic ed. 1520.) κόλπος; in Stephano Ἀμφιμάλλιον et Ἀμφίμαλλα. Posterius habet etiam Plinius 4, 20. s. 12. et pro eo levi corruptione Dicaearchus de Creta p. 19. Ἀμφίμελα. Quare dubitari nequit, quin haec vox a librariorum manibus depravata hic sit. Equidem pro vulgato Ἀμφαπαλίαν, quod et codices occupat, reposui Ἀμφίμαλλαν, quod ι in λ facile transire potuit. Probat idem Meursius in Creta 1, 14. p. 55.

8) Cum codices nihil adjuvent, a conjectura explicatio loci pendet, difficilior quidem post spem emendationis a Casaubono in superiori nota abjectam. Ni fallor, vitium latet in verbis vulgatis τὸν Λάμπεω paullum inversis. Objiciuntur autem haec: Φοίνικα, quia subjicitur τὸν, non potest ad κατοικίαν referri. Jam vero Φοῖνιξ fuit portus, uti in act. apost. 27, 12. discitur. Λάμπεω conditorem, repente hic in aliis commemoratum, indicare minime potest, in primis cum Λάμπος ille dicatur, non Λάμπης, et ipsa forma hinc sit aliena. Cf. Stephanus s. v. Λάμπη. At in Λάμπεω vestigia latere videntur Λάμπης urbis et hinc Λαμπαίων, uti incolae vocantur, quod docet Stephanus h. v. vel Λαμπέων, quod ab eodem ex Claudio Julio additur et propius ad vulgatam scripturam accedit. Etsi enim Λάππη et hinc Λαππαῖοι monumenta et lapidum et numorum probant, (cf. Wesseling ad Hierocl. Synecdem. p. 650. sq.) ab auctoribus tamen altera scriptura praefertur. Cf. Schweighaeuser ad Polyb. 4, 53, 6. et quos nominat. Addi

Phoenix Lampeorum. Latissima est in medio. Rursum

Insulae. δὲ κατὰ [9] τὸ μέσον ἐστί. Πάλιν δ' ἐντεῦθεν [10] εἰς τὸν ἀντίον τῷ προτέρου συμπίπτουσιν ἰσθμὸν αἱ ἠϊόνες, περὶ ἑξήκοντα [11] ςαδίους [τῶν] ἀπὸ [12] Μι-

Addi tamen debet Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 314. sq. qui acute docuit, utramque urbem fuisse diversam. Quidquid est, legendum videtur Φοίνικα τῶν Λαμπέων, cum notum sit, urbes habuisse navalia sua et portus nominibus discrepantes. Hoc unum morari possit, quod Φοινικοῦς a Stephano urbs Cretae vocatur, a Ptolemaeo 3, 17. Φοινικοῦς λιμὴν prope Φοίνικα urbem ponitur. Neque tamen hoc simpliciter obstat, quo minus portus ad Lampen referatur. Sed dum meliora adferantur, leniorem hanc medelam adhibendam putavi. Ita post ἀπὸ Μινώας τῶν Λυκτίων dicitur, cum Minoa portus etiam fuerit. (Ptolem. 3, 17.) Cf. p. 476. de Heracleo Cnossi; lib. 9, 2, 25. de Creusa Thespiarum et alibi.

9) Deest τὸ in Medic. 1. 2. et edd. Aldi et Hopperi. Sequentia a πάλιν ad πέλαγος removit Medic. 3.

10) Locus obscurus, quem nec Guarini interpretatio inlustrat, nec Xylander et Penzelius adtigerunt. Codices nihil remedii adferunt. Solus Moscov. dat τὸν, ut ad ἰσθμὸν referatur. At νότιον nullo modo hic tolerari potest, cum alter ille isthmus aeque ac primus ad septemtrionem et meridiem contrahatur, immo, si ad priorem referas, omnino hic proprie orientem spectet. Accedit, quod νότιον dativum adjunctum habet, ut lib. 13. p. 628. f. — Levi igitur immutatione reponere ausus sum τὸν ἀντίον τῷ προτέρῳ. Transpositio literarum fecunda fuit conversionum mater. Sic post pro ῥάχιν Medic. 2. ἀρχήν. Sic hic ex ἀντίον natum ὀντίον, et, ut verbum sensu subjecto adesset, νότιον.

11) Moscov. Medic. 1. corr. Paris. ςαδίων; reliqui cum edd. ςαδίους, ut alibi solet Strabo. Sed quid faciendum de vocula τῶν plane importuna? Equidem uncis notavi. Possis tamen forte ad ἠϊόνες referre.

sum deinde in altero isthmo, qui priori oppositus est, coëunt litora circiter LX stadia a Minoa Lyctiorum

[12] Μινώας τῆς Λυκτίων εἰς [13] Ἱεράπυτναν, καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος· ἐν κόλπῳ δ' ἐστὶν ἡ πόλις. Εἶτα πρόεισιν εἰς ὀξὺ ἀκρωτήριον τὸ [14] Σαμώνιον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον νεῦον, καὶ τὰς Ῥοδίων νήσους. Insulae.

§. 4.

Ἔστι δ' ὀρεινὴ καὶ δασεῖα ἡ νῆσος, ἔχει δ' αὐλῶνας εὐκάρπους. Τῶν δ' ὀρῶν τὰ μὲν πρὸς δύσιν καλεῖται Λευκά, οὐ λειπόμενα τοῦ Ταϋγέτου κατὰ [1] ὕψος, ἐπὶ τὸ μῆκος δ' ἐκτεταμένα

[a] ὅσον

12) Moscov. in vacuo spatio rependit; Paris. Venet. Medic. 1. 2. edd. Aldi, Hopperi Νινώας; reliqui cum edd. inde a Xylandro, qui emendaverat, Μινώας, quae hic commemoratur etiam a Ptolemaeo 3, 17.

13) Medic: 2. ἱεράπιττιν; edd. Aldi, Hopp. ἱεράπιτναν; utrumque vitiose, ut patet ex superiori nota ad p. 472.

14) Scripti quidam Σαλμώνιον; [ut apud Dionysium v. 110. Σαλμωνίδα ἄκρην] et eam γραφὴν Lucas confirmat Actorum 27, 7. Σαλμώνην vocans, et hodieque *Salomonium* vocari ajunt. Vulgatam tamen lectionem tueri possumus ex Mela [2, 7, 12.] Plinio [4, 20. s. 12.] et Ptolemaeo. [3, 17.] *Casaubonus.* Cf. supra notata ad p. 472.

1) Medic. 1. 2. 3. Paris. τὸ ὕψος. Forte τὸ a κατὰ in aliis absorptum est.

rum ad Hierapytnam et Libycum pelagus· urbs ea in sinu est. Deinde insula porrigitur in acutum promontorium Samonium, quod versus Aegyptum vergit et insulas Rhodo vicinas.

§. 4.

Tota montosa est et silvestris habetque convalles fertiles. De montibus qui versus occasum sunt, Leuci, id est albi, dicuntur, altitudine Taygeto non cedentes, in longum por-

recti

Insulae.[2] ὅσον τριακοσίων ϛαδίων, καὶ ποιοῦντα[3] ῥάχιν, τελευτῶσάν πως ἐπὶ τὰ ϛενά. Ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ κατὰ τὸ[4] εὐρυχωρότατον τῆς νήσου τὸ Ἰδαῖον, ὄρος ὑψηλότατον τῶν ἐκεῖ, περιφερὲς δ' ἐν κύκλῳ ϛαδίων[5] ἑξακοσίων· περιοικεῖται δ' ὑπὸ τῶν ἀρί-
ϛων

2) Sic Casaubonn. Mosc. Venet. Vatic. Urbin. Medicei tres. Ὅσα edd. omnes praeeunte Aldo. Illud probum et ad formam Graecam, usum etiam Strabonis frequentem accedit.

3) Paris. ῥάσχην; Mosc. ῥάχιν; Medic. 1. ῥάχιν ex corr. ἀρχήν; Medic. 2. ῥάχιν ex corr. ῥάχην. Edd. cum ceteris, opinor, codd. ῥᾶχιν. Dedi ῥάχιν, de quo cf. ad lib. 9, 7, 8. not. 6.

4) Causaubonn. Venet. Vatic. Urbin. Paris. εὐρυχωρέστατον; alterum alii cum editionibus. Utrum eligi debeat, cum et εὐρυχωρὴς et εὐρύχωρος dicatur, dubium. Quare acceptum retinui.

5) Ita Casaubonn. Moscov. Venet. Medic. 1. 2. 3. Vatic. Urbin. Paris. cum Guarino, qui vertit: *circuitum habens stadiorum sexcentorum.* Nec aliter legit Eusthathius ad Homer. Il. 2, 821. p. m. 267. ubi etiam probat Politus Tom. 2. p. 764. Edd. omnes Aldum secutae ἑξήκοντα. Illud praeferendum, cum omnium codicum auctoritate confirmetur. Accedunt aliorum testimonia. Sic Tournefort voyage T. 1. p. m. 63. (ed. Lyon 1727.) *cette grande montagne, qui occupe presque le milieu de l'isle.* Tum Pococke T. 2. p. 375. ubi terminos montani illius tractus

recti ad ccc stadia, faciuntque litoream crepidinem, in angustias fere desinentem. In medio insulae, qua latissima est, mons est Ida altissimus omnium, qui in ea sunt, rotundus, ambitu stadiorum ɪↄc, circaque eum urbes praestantissimae. Sunt et alii montes

στων πόλεων. Ἄλλα δ' ἐστὶ πάρισα τοῖς Λευκοῖς, τὰ μὲν ἐπὶ νότον, τὰ δ' ἐπὶ τὴν ἕω λήγοντα. Insulae.

§. 5.

[1] Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον [2] δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς· ἀπὸ δὲ [3] Κιμάρου [ἐπὶ Μαλέαν] εἰσὶ στάδιοι ἑπτακόσιοι· μεταξὺ δὲ Κύθηρα· ἀπὸ δὲ τοῦ Σαμωνίου πρὸς Αἴγυπτον τεττάρων ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς· οἱ

ctus describit. Hinc et περιώσιον μέγεθος illi tribuit Dionys. v. 504. Plura dedi ad Melam 2, 7, 12. Iam vero Plinius 4, 20. s. 12. latitudinem insulae, quae est in media, 50 M. P. facit, quamvis, si recentiorum dimensiones compares, major invenitur.

1) Medic. 3. Ἔστι δὲ, ut alibi promiscue. Post ante Κριοῦ articulum τοῦ ponunt Casaubonn. Mosc. Medic. 3.

2) Moscov. Paris. δυεῖν, ut fere solent. Cf. ad lib. 8, 3, 31. p. 140. et 9, 4, 6. p. 586.

3) Casaubonn. Ταινάρου; Medic. 2. Κιμάρου. Ipsa haec verba ἀπὸ δὲ — νυκτῶν πλοῦς in Medic. 3. et Paris. effluxerunt. Ad posterioris tamen marginem recentior manus adleverat. *Tzschucke.* Quo? an ad Cyrenarum portum? Sane si nihil deest, ita necesse est ut accipiamus. Sed certum est, locum esse mutilum et ita restituendum: ἀπὸ

tes Leucis aequales, alii versus austrum, alii versus ortum desinentes.

§. 5.

A Cyrenaea regione ad Criu metopon duarum dierum ac noctium navigatio est: a Cimaro [ad Maleam] stadia IↃCC. in medio Cythera: a Samonio ad Aegyptum quatuor die

Insulae. οἱ δὲ τριῶν φασι· σταδίων δ' εἶναι [4] τοῦτόν τινες πενταϰισχιλίων εἰρήϰασιν, οἱ δὲ ἔτι ἐλαττόνων. Ἐρατοσθένης δ' ἀπὸ μὲν τῆς Κυρηναίας μέχρι Κριοῦ μετώπου δισχιλίους φησίν· ἔνθεν δ' εἰς [5] Πελοπόννησον ἐλάττους.....

§. 6.

[1] Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· (φησὶν ὁ ποιητής) ἐν μὲν Ἀχαιοί,

Ἐν

ἀπὸ δὲ Κιμάρου ἐπὶ Μαλέαν εἰσὶ στάδιοι ἑπταϰόσιοι. Nam de eo intervallo hic agi, apparet ex eo, quod de Cytheris subjicit; nec in numeris multum Plinius variat lib. 4. c. 12. [f. 20.] annotans Cretam abesse a Malca 80 [al. 70] M. P. Interpretum vero securitatem, ne dicam supinitatem, quis non miretur? *Casaubonus.* Probabilis est haec conjectura, quam secutus est in interpretatione Penzelius; equidem uncis inclusam notavi.

4) Venet. et edd. ante Casaubonum τούτων. Tum Vatic. εἰς πενταϰισχιλίων; Medic. 1. 2. εἰς πενταϰισχ... edd. Aldi, Hopp. Xyl. πενταϰισχιλίους. Vulgatam nunc lectionem Casaubonus stabilivit. Post Medic. 3. ut alibi, οἱ δ' pro οἱ δέ. Medic. 2. inverso vocabulorum ordine ἐλαττόνων ἔτι.

5) Parif. Πελοπόνησον, ut placuit Wetzelio in Nepote. At cf. Strabo lib. 13. p. 618. et quae disseruit Duker. ad Thucyd. 3, 32.

1) De lacuna vid. superior Xylandri nota. Edd. Aldi, Hopp. uti solet passim, male in seqq. dant φασὶ pro φησί.

Tum

dierum navigatio totidemque noctium: secundum alios trium: stadia IↃↃ, aut de aliorum sententia pauciora. Eratosthenes a Cyrenaea usque ad Criu metopon CIↃCIↃ: hinc in Peloponnesum pauciora...

§. 6.

Ut ait poëta,

Lingua aliis alia est confuse: sunt et Achaei;

Ma-

Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες, Insulae.
[2] Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.
[2*] Τούτων φησὶ Στάφυλος τὸ μὲν πρὸς ἕω Δωριεῖς κατέχειν, τὸ δὲ δυσμικὸν Κύδωνας, τὸ δὲ νότιον Ἐτεόκρητας, ὧν εἶναι πολίχνιον [3] Πραῖσον, ὅπου τὸ

Tum Medic. 3. Moſcov. edd. Aldi, Hopp. Ἐν δ', aptius ad metrum, uti et legitur in Homero Odyſſ. 15, 175. Poſt Medic. 1. τεοκρῆτες, Medic. 2. τεκρῆτες ex correctione τεοκρῆτες. Cauſa omiſſi ε patet. In accentus ſede et genere diſcrepant hic libri ab Homericis. Sic in Diodoro 5, 64. in.

2) Metri cauſa cum Homericis libris repoſui Δωριέες pro Δωριεῖς, ut et inde alii referunt, veluti Porphyr. in Qu. Homer. lib. 3. f. Apollon. in Lex. Homer. pag. 657. ed. Toll. Stephan. ſ. v. Δώριον. Sic antea dedi Κύδωνες pro Κυδῶνες ex Homeri c. l. et Odyſſ. 3, 292. ubi et ſic repetit Euſtathius. Ita praeterea Apollon. in Lex. p. 422. Callimach. in Jov. v. 45. in Dian. v. 197. Sic Κύδων, non Κυδὼν in Stephano.

2*) Medic. 3. male ταύτης. Poſt δὲ ante νότιον omittunt Medicei, contra ante Ἐτεόκρητας obtrudit Moſcov.

3) Moſcov. edd. Aldi, Hopp. Xyl. Πρᾶσον, reliqui libri Πράσον. In ipſis literis conſentiunt omnes cum Guarino. At hic et infra ſcribendum eſſe Πραῖσον per αι contendit Meurſius in Creta 1, 4. p. 11. et 1, 14. p. 56. idemque in ſuo Strabonis exemplari adſcripſerat; in quo conſentientem habet Spanhemium ad Callim. in Dian. v. 199. Mazochium

Magnanimique Eteocretes, ibi ſuntque Cydones,
Dorieesque tricbaices, clarique Pelasgi.

Staphylus partes orienti obverſas a Dorienſibus, a Cydonibus occiduas ait habitatas, auſtrinam plagam ab Eteocretibus, quorum fuerit oppidulum Praeſum, ubi

Insulae. τῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν· τοὺς δ᾽ ἄλλους, ἰσχύοντας πλέον, οἰκῆσαι τὰ πεδία. Τοὺς μὲν ὖν Ἐτεόκρητας καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι, εἰ-
κός·

chium ad tab. Heracl. T. 1. p. 96. et Eckhelium in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 319. Ita enim ſcribunt alii auctores, in quibus Herodot. 7, 170. Athenaeus 9, 4. p. m. 376. Accedit literarum ſeries in Stephano, apud quem tamen alio modo corrumpitur ſ. v. Στῆλαι, ubi Πα-ϱωσῦ legitur pro Πϱαίσυ. Certiſſimam fidem adſtruunt numi, qui ſolam hanc ſcripturam oſtendunt. Cf. Raſche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 29. ſq. et Eckhel c. l. Contra Holſten. ad Stephan. p. 261. etſi recte Scylacis p. 19. Hudſ. Πϱόσιν huc transfert, minus tamen recte veram corrupti ſaepe hujus nominis ſcripturam ex Arundelliano marmore putat eſſe Πϱίανσος. Diſerte enim Πϱαίσιοι et Πϱιάνσιοι diſtinguuntur. Cf. Raſche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 28. ſq. et 50. ſq. Quare non temere feciſſe videor, quod alteram ſcripturam per αι, etſi libris renitentibus, praetuli. Quod vero hic aliud vitium ſubeſſe putat Mazochius, etſi acute erutum, non ſatis conſtare illud et indubium eſſe videtur. Nempe πολίχνιον ille non adpellativum eſſe vult, ſed proprium, unde Πολιχνῖται apud Herodotum 7, 170. dicantur cum Praeſiis conjuncti; inſerendum igitur hic cenſet καὶ, quod, cum adpellativum putaſſent nomen, librarii expulerint. At quod Stephanum teſtem rei producit, commemoratur ab illo non Πολίχνιον, ſed Πολίχνη Cretae urbs, unde quidem Πολιχνίτης derivat. Tum repugnat Thucyd. 2, 85. qui Πολιχνίτας ὁμόρους τῶν Κυδωνιατῶν facit, ſitu a Praeſo longe remoto, quod et hic Strabonis locus docet. Cf. infra p. 479. Denique ubi hanc narrationis partem reſpicit p. 478. ſolam urbem Praeſum Eteocretenſium commemorat.

ubi eſt Dictaei Iovis templum: reliquos, quia plus haberent virium, campeſtria obtinuiſſe. Probabile autem eſt, Eteocretes et Cydones fuiſſe indigenas, reli-

κός· τοὺς δὲ λοιποὺς [4] ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας ἐλθεῖν φησὶν Ἄνδρων τῆς [5] Δωρίδος μὲν πρότερον, νῦν δὲ [6] τῆς Ἑστιαιώτιδος λεγομένης· ἐξ ἧς ὡρμήθησαν, ὥς [7] φησιν, οἱ περὶ τὸν Παρνασὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς· καὶ ἔκτισαν τὴν Insulae. τερ. 476.

P 5 [8] Ἐρι-

4) Vitiose Ald. Hopper. ἐπήλιδας. Post Moscov. Medic. 1. 2. 3. φησὶν ἐλθεῖν. Promiscuus et arbitrarius ordo. Sic 8, 7, 2. p. 294. ἰδεῖν φησι. 9, 4, 18. p. 542. φασὶν εἶναι. Et sic alibi alia.

5) Venet. Medic. 1. 2. edd. Ald. Hopp. Xyl. Δωριάδος. Vulgata aliorum bene habet, uti etiam patet ex Stephano s. v. Δώριον, ubi eundem Andronis locum commemorat.

6) Articulus abest in Medic. 1. (post tamèn hic additus) 2. 3. Mosc. Tum Medic. 2. edd. Ald. Hopp. ἰαιώτιδος; Paris. τῆς αἰώτιδος; Ven. δ' ἐστὶν Αἰώτιδος. *Tzschucke.* Ἑστιαιώτιδος legendum, ut ex aliis liquet locis. Prima syllaba interciderat. *Xylander.* Stephanus c. l. ex Androne refert νῦν δὲ Ἱστιαιώτιδος καλουμένης, ex promiscua quidem scriptura in auctoribus saepe obvia de Thessaliae et Euboeae parte. Retinui equidem Ἑστιαιώτιδος, de cujus causa cf. ad lib. 9, 5, 17. p. 628. sq.

7) Mosc. φασὶ, quae mutatio frequens est et saepe notata. Cf. supra ad p. 459. Tum Medic. 3. Paris. edd. Ald. Hopp. Xyl. Παρνασὸν pro Παρνασσὸν, de quo ad lib. 8, 1, 2. p. 7.

reliquos advenas, quos Andro scribit e Thessalia venisse, quae olim Doris, nunc Hestiaeotis dicitur: ex qua, ut ait, Dorienses Parnaso vicini profecti sunt,

Insulae. [8] Ἐρινεὸν καὶ [9] Βόϊον καὶ [10] Κυτίνιον, ἀφ' οὗ καὶ Τριχάϊκες ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται. Οὐ πάνυ δὲ τὸν τοῦ Ἄνδρωνος λόγον [11] ἀποδέχονται, τὴν μὲν τετράπολιν Δωρίδα τρίπολιν [12] ἀποφαίνοντος, τὴν δὲ

8) Guarinus vitiose *Crineum*, uti edd. Aldi, Hopp. Κρινεὸν, quod in Ἐρινεὸν mutandum esse recte jam olim monuerat Leopardus in emendatt. 20, 14. Cf. Strabo lib. 9, 4, 10. p. 562. de his urbibus.

9) Medic. 2. Βῖον, uti et in Ptolemaeo 3, 15. Medic. 3. Βαῖον; Moscov. Βοῖον, quod forte Medic. 3. voluit. Dedi, ut lib. 9. c. l. Βόϊον, praeeunte quidem ibi Casaubono, cum Plinius 4, 13. s. 7. scribat *Boion*. Alii fere vel Βοιὸν, (Thucyd. 1, 107.) vel Βοῖον, (Stephan. h. v.) ut taceam alias corruptiones. Cf. Wasse et Duker. ad Thucyd. c. l. Βόϊον dedit etiam Wesseling. in Diodoro 11, 79. at idem 4, 67. Βίον.

10) Medic. 2. corr. Κυτίνειον; edd. Ald. Hopp. Κύτινον, ut Plin. c. l. Ptolemaeus 3, 15. Κυτείνιον. Sed Κυτίνιον habent Thucydides, Stephanus, alii.

11) Sic codices; tantum Medic. 2. corr. ut edd. Aldi, Hopp. Xyl. ἀποδέχεται. *Tzschucke.* Quis sit ille, qui Andronis sententiam οὐκ ἀποδέχεται, nescio; passive enim non licet. *Xylander.* Quaerit Xylander, quisnam ἀποδέχεται? Lege ἀποδέχονται, et omnem difficultatem sustuleris. Sic dictum, ut illud, οὐ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον. Sic autem habent omnes libri veteres; et ita statim, τριχάϊκας δὲ δέχονται. *Casaubonus.*

12) Medic. 1. 2. Paris. edd. Aldi, Hopp. ἀποφαίνοντες; male, cum ad Ἄνδρωνος referatur. Ante Θετταλῶν articulus deest in Mediceis, Mosc. Paris. quos secutus omisi.

sunt, et condiderunt Erineum, Boium ac Cytinium, unde etiam a poëta Trichaices, quasi triparti- ti, dicuntur. Non admodum autem Andronis hic sermo probatur, Doridem, quae urbibus quatuor constat,

δὲ μητρόπολιν τῶν Δωριέων ἄποικον Θετταλῶν. Insulae.
τριχάϊκας δὲ δέχονται, ἤτοι ἀπὸ τῆς τριλοφίας, ἢ ἀπὸ τοῦ [13] τριχίνους εἶναι τοὺς λόφους ἐφαμίλλους.

§. 7.

13) Mosc. Venet. Paris. Vatic. Urbin. Medic. 1. 2. 3. τριχινῖυ vel Τριχινίυ. Edd. Aldi, Hopp. τριχινίυς; Xyl. Casaubonn. Amstel. τριχίνυς; Guarinus *quia sint colles* (male) *tricbinii similes.* Pro λοφυς lepide Casaubb. quidam, Medic. 1. et Medic. φιλοσόφυς. Pro εὐαμίλλυς, quod ferunt omnes editiones, Casaubonn. ἐναμισολόφυς; Medic. 1. ἐφαμισολόφος; Vatic. εὐαμισολόφυς; Paris. Moscov. εὐαμισολόφος, posterior supra scriptum gerit εὐαμίλλυς. In Medic. 3. et Urbin. verba τὺς λόφυς ἐφαμίλλυς plane desunt. *Tzschucke.* Vocem ἐφαμίλυς non intelligo. Epitome et Eustathius [ad Homer. Odyss. 19, 177. p. m. 690.] ostendunt, locum esse decurtatum. *Xylander.* Voce ἐφαμίλυς quid faciemus? Me quidem neque Eustathius, nec libri veteres juvant. *Casaubonus.* Eustathius c. l. ita ex Nostro vocatos scribit οὐ μόνον διὰ τριλοφίαν, καὶ ὅτι τρίχινοι αὐτοῖς οἱ λόφοι, ἀλλὰ καὶ διότι ἐκ Παρνασῦ ἐλθόντες τρεῖς πόλεις ᾤκισαν. Cum Eustathio, Strabonis tamen etiam mentione facta, consentit Phavorinus s. v. Τριχάϊκες. Epitome p. 136. Huds. ἤτοι οἱ πολεμικοὶ, ὡς τὸ καρυθάϊκι· ἢ οἱ τρίλοφοι ἐν ταῖς περικεφαλαίαις· ἢ οἱ ὀρχησταί. Vocem τρίχινος synonymia etiam adjuvat Apollon. in Lex. p. 657. at ἐφαμίλυς s. ἐφαμίλλυς, quod dedi, desertum stat, et salvo sensu abesse possit. Desiderat tamen omissa.

stit, tribus urbibus circumscribentis, et primariam Doriensium urbem Thessalorum facientis coloniam. Trichaicas autem intelligunt vel a triplice crista, vel quod e crinibus eas haberent.

§. 7.

Insulae.

§. 7.

Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγισται δὲ καὶ [1] ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνωσσὸς, Γόρτυνα, Κυδωνία. Διαφερόντως δὲ τὴν Κνωσσὸν καὶ Ὅμηρος [2] ὑμνεῖ, μεγάλην καλῶν, καὶ βασίλειον τοῦ Μίνω, καὶ οἱ ὕστερον. Καὶ δὴ καὶ διετέλεσε μέχρι πολλοῦ φερομένη [3] τὰ πρῶτα· εἶτα ἐταπεινώθη, καὶ

1) Medic. 2. 3. Parif. ἐπιφανέστατοι. Tum Medic. 1. corr. Parif. uti post, Κνῶσος; antiquior fcriptura, cum recentior duplex σ praeferat et ad Strabonis aetatem valeat, etfi tunc etiam Γ potius, quam Κ initio ponendum erat, de quo fatis a me dictum effe puto ad Melam 2, 7, 12. p. 545. fq. Addi tamen poteft Schweighaeufer ad Polyb. 4, 53, 1. de codicum fcriptura. Κνωσὸς per Κ Hefychius per literarum ordinem certior T. 2. p. 289. et fic p. 110. et T. 1. p. 1243. Reliqui, quod habent ceteri libri majori numero, ut Homerici Il. 2, 646. Κνωσσός.

2) Medic. 2. ex gloffa ἐπαινεῖ. Poft in Vatic. defunt verba καὶ οἱ ὕστερον. Tum edd. Aldi, Hopperi male fcribunt διετέλευσε.

3) Medic. 2. τὰ πρωτεῖα. Non male; fed fequendi plerique.

§. 7.

Urbes in Creta funt complures, maximae autem et nobiliffimae tres, Cnoffus, Gortyna, Cydonia. Cnoffum Homerus quoque infigniter praedicat, magnam vocans, et Minois regiam, ficut et pofteriores. Diu fane primas tulit: poftmodo

καὶ [4] πολλὰ τῶν νομίμων ἀφῃρέθη· [5] μετέστη δὲ τὸ ἀξίωμα εἴς τε Γόρτυναν καὶ Λύκτον· ὕστερον δ' ἀνέλαβε πάλιν τὸ παλαιὸν σχῆμα τὸ τῆς μητροπόλεως. . Κεῖται δ' ἐν πεδίῳ κύκλον ἔχουσα ἡ Κνωσσὸς τὸν ἀρχαῖον τριάκοντα σταδίων μεταξὺ [6] τῆς Λυκτίας καὶ τῆς Γορτυνίας [7] σταδίους διακοσίους, Insulae.

4) Medic. 3. πολλὰς, propter sequentis vocis lectionem. Nam idem cum Casaubonn. Vatic. Ven. Parif. praeferunt νόμων pro νομίμων, et fic Guarinus: *inſtituta et leges amiſit*. Retinendum tamen videtur νομίμων, quod agnofcunt cum editionibus reliqui. Nempe νόμιμα funt προστάγματα νόμου, inftituta, difciplina. V. Plutarch. de fato p. 255. Lipf. ubi de iis differit, Strabo infra p. 483. m. Hinc ἔθη conjungit Polyb. 6, 56. in.

5) Sic Medic. 1. 2. 3. Vatic. Urbin. Parif. Mofcov. Venet. pro eo, quod vulgarunt editiones, μεγίστη; fine fenfu. Et fic Guarinus: *dignitas tranſlata pervenit. Tzſchucke.* Lego μετέστη vel fimile aliquid. *Caſaubonus.* Ita adfcripferat in exemplari ed. Xyl. Scaliger, de quo nunc propter codicum fuffragia dubitari nequit.

6) Medic. 3. praemittit δὲ; molefte hic.

7) Σταδίους omnes libri. *Tzſchucke.* Infolens loquendi genus, prorfusque aliquid vel fubaudiendum, vel addendum, quod exciderit. Lego διέχουσαν ἑκατέρως σ. διακ. vel brevius et fortaffe verius ἐν διακοσίοις σταδίοις, ut faepe loquitur. *Caſaubonus.* Locus haud dubie mancus fic forte fupplendus eft: μεταξὺ τῆς Λυκτίας καὶ τῆς Γορτυνίας,

modo depreffa eft, multisque fpoliata privilegiis, dignitate in Gortynam et Lyctum translata: recuperavit tamen deinde veterem metropolis fpeciem. Sita eft Cnoffus in planitie, ambitu antiquo ftadiorum xxx, inter Lyctiam et Gortyniam, ftadiis cc, a Lycto,

Insulae. κοσίους, τῆς δὲ Λύκτου, [8] ἣν ὁ ποιητὴς Λύττον ὠνό-

-μασεν, διέχουσα μὲν ἀπὸ τῆς Γορτύνης σταδίους δ. *Tyrwhittus in conjecturis in Strabon.* p. m. 40. Aperte hic excidit, quod distantiam a Gortyna indicabat, cum altera pars de Lycto id desideret. Neque tamen sine codicum auxilio textus instaurari potest.

8) Verba ἣν ὁ ποιητὴς — ὠνόμασεν desunt in Urbin. et Medic. 3. Pro Λύττον Casaubb. Venet. posuerunt Λύκτον, ut edd. Aldi et Hopperi cum Guarino. *Tzschucke.* Λύττον legi, quia Eustathius ait, sic quosdam legere apud Homerum Il. β. 647. *Xylander.* Locus poetae est in catalogo, ubi tamen Λύκτον legit Eustathius, non, ut Strabo, Λύττον, hodieque nostri libri omnes Eustathium sequuntur. Quare recte veteres Strabonis codices, in quibus sic legitur hic locus, τῆς δὲ Λύττου, ἣν ὁ ποιητὴς Λύκτον ὠνόμασε. Sic fere Aldus. Stephanus Lyttum vult esse dictam, quod esset in sublimi loco. Hesychius λύττοι, οἱ ὑψηλοὶ τόποι. Polybius lib. 4. [c. 53, 3. et 54, 6.] Λύττον vocat et Lacedaemoniorum ἄποικον esse ait, omnium Cretae urbium ἀρχαιοτάτην. *Casaubonus.* Λύκτον adferunt in Homero omnes libri, illi etiam, quos Heyne consuluit. Nec aliam scripturam novit Eustathius ad Il. 2, 637. p. m. 236. quippe ex Stephano tantum refert, Lyttum a quibusdam fuisse vocatam eam urbem. Scriptores quidem fere praeferunt Λύκτος, etsi nec alteram formam quidam respuunt, ut Polybius, quam et unice probant lapides et numi. Cf. notata infra p. 481. et ad Melam 2, 7, 12. quae nolo repetere. Multa etiam conlecta dabit Meursius in Creta 1, 12. p. 44. sq. qui etiam 4, 9. p. 167. ex inscriptione ex urbis ruinis effossa profert Λυττίων. Strabo certe in Homero Λύττον legit. Si enim communi nomine, quo et ipse Strabo usus est, poeta edidisset, inepte et frigide alteram scripturam adjecisset, ut recte judicat Politus ad Eustathium in Homer. T. 2. p. 667. Agno-

Lycto, quam poëta Lyttum vocauit, cxx. Cnossus

ὠνόμασεν, ἑκατὸν [9] εἴκοσι· τῆς δὲ θαλάσσης Κνωσ- Insulae.
σὸς μὲν τῆς Βορείου πέντε καὶ εἴκοσι, [10] Γόρτυνα δὲ τῆς Λιβυκῆς ἐννενήκοντα, Λύκτος δὲ καὶ [11] αὕτη τῆς Λιβυκῆς ὀγδοήκοντα. Ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσσός.

§. 8.

Μίνω δέ φασιν ἐπινείῳ χρήσασθαι τῷ [1] Ἀμνισῷ

Agnoverunt igitur etiam et probarunt hanc ſcripturam in Strabone viri docti, ut Meurſius in Creta 1, 12. p. 44. qui praeterea Homerum hinc emendandum cenſet, et Waſſenberghius ad paraphraſten Gr. Homeri Il. 2, 646. p. 83. Caſaubono hic reprehenſo, quem, quid velit, ſe non videre ait.

9) Exciderat vox εἴκοσι in ed. Aldina operarum, puto, negligentia, et hinc exſulabat in edd. Hopp. et Xyl. quare et hic miratur in nota, quid ſit illud, aut qualis numerus, cum ex Ptolemaeo 3, 17. liqueat, Cnoſſum a Libyco, quam Boreo mari longius abeſſe. Reſtituit loci integritatem ex libris ſuis Caſaubonus, quibus et mei adſtipulantur.

10) Falſo Medic. 2. Γόρτινα. Tum idem cum 1. et 3. Moſc. Urbin. τῆς Λιβυκῆς addito articulo, qui vulgo abeſt; Vatic. praeterea καὶ τῆς Λιβυκῆς. Poſt Pariſ. (qui, ut ſupra, hic etiam habet Κνωσὸς et poſt) Medic. 1. 3. ἐνενήκοντα. Cf. ad lib. 9. p. m. 550. n. 2.

11) Moſcov. ut ſit alibi, αὐτή. Ceterum verba Λύκτος— ὀγδοήκοντα abſunt in Medic. 3.

1) Moſcov. Ἀμνισσῷ, uti etiam ex Strabone refert Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 19, 179. p. m. 690, 48. Simplex tamen

ſus a ſeptentrionali mari abeſt ſtad. XX. Gortyna a Libyco XC. Lyctos quoque a Libyco mari XXC.

Habet navale Heracleium Cnoſſus.

§. 8.

Minoëm autem ferunt nava-

Insulae. σῷ, ὅπου τὸ τῆς Εἰλειθυίας ἱερόν. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς [2] Καίρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ [3] παραῤ-

tamen ε praeferunt auctores, e quibus sat multa exempla dabit Meursius in Creta 1, 6. p. 17. sq. Et sic idem Eustathius scribit ad Dionys. v. 498. Pro Ἐλειθυίας, quod vulgo objicitur, recte Mosc. ponit Εἰλειθυίας cum aliis auctoribus, quod et Latinorum scriptura, *Ilithyia* probat. Vagatur et sic inter utramque literam Eustathius c. c. l. l. et alibi, quamvis ει constantius ponit. Ante τῆς Εἰλειθυίας in edd. ante Casaubonum omittitur τό. Post ἐκαλεῖτο δὲ Medic. 2. ut saepe variatur.

gente gerens, unde et mari appellatio: ea gens nunc obscura prorsus est. Ex Iberia in Albaniam aditus per Cambysenam aqua carentem et asperam est ad fluvium Alazonium. Excellunt venatione cum Albani, tum eorum canes, non arte magis, quam studio, quod ei rei impendunt.

§. 6.

Praestant etiam reges. Nunc quidem unus universis imperat: quondam singuli eadem utentes lingua populi, suum quisque habuerunt regem. Linguae sunt

Albania. σὶν ἓξ καὶ εἴκοσι αὐτοῖς, διὰ τὸ [1] μὴ εὐεπίμικτον πρὸς ἀλλήλους. Φέρει δ' ἡ γῆ καὶ τῶν ἑρπετῶν ἔνια τῶν θανασίμων, καὶ σκορπίους, καὶ φαλάγγια· τῶν δὲ φαλαγγίων τὰ μὲν ποιεῖ γελῶντας ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ κλαίοντας πόθῳ τῶν οἰκείων.

§. 7.

Θεοὺς δὲ τιμῶσιν Ἥλιον καὶ Δία καὶ Σελήνην· διαφερόντως δὲ τὴν Σελήνην. Ἔστι δ' αὐτῆς τὸ ἱερὸν τῆς Ἰβηρίας πλησίον· ἱερᾶται δ' ἀνὴρ ἐντιμότατος, μετά γε τὸν βασιλέα προεστὼς τῆς ἱερᾶς χώρας, πολλῆς καὶ εὐάνδρου, καὶ αὐτῆς, καὶ τῶν ἱεροδούλων, ὧν ἐνθουσιῶσι πολλοὶ καὶ προφητεύουσιν· ὃς δ' ἂν αὐτῶν ἐπὶ πλέον κατάσχετος γενόμενος πλανᾶται κατὰ τὰς ὕλας μόνος, τοῦτον συλλαβὼν ὁ ἱερεὺς, ἁλύσει δήσας ἱερᾷ τρέφει [1] πολυ-

1) Venet. μηδ' ἐπίμικτον. Idem post τῶν ἑρπετῶν ἔνια τῶν ἑρπόντων.

ſunt iis XXVI, quia non multis inter ſe commerciis devinciuntur. Fert ea regio letalia animalia quaedam: ſcorpios etiam et phalangia. Phalangiorum alia cum riſu necant, alia flentes ſuorum ob deſiderium.

§. 7.

Deos colunt Solem, Iovem, Lunam; atque hanc quidem praecipue. Templum hujus eſt Iberiae vicinum: ei praeficitur ſacerdos, primo ſecundum regem honore, praeeſtque amplae et viris abundanti ditioni, cum quae ad ſacerdotium, tum quae ad ſacros miniſtros pertinet. Horum multi, divino inſtinctu correpti, vaticinantur: qui vero eorum furore vehementiore agitatus ſolus per ſilvas vagatur, hunc comprehenſum ſacerdos ſacra vincit catena, et

[1] πολυτελῶς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον· ἔπειτα προαχθεὶς εἰς τὴν θυσίαν τῆς θεοῦ, σὺν ἄλλοις ἱερείοις θύεται [2] μυρισθείς. Τῆς δὲ θυσίας ὁ τρόπος οὗτος. Ἔχων τις ἱερὰν λόγχην, ᾗπέρ ἐστι νόμος ἀνθρωποθυτεῖν, παρελθὼν ἐκ τοῦ πλήθους, παίει διὰ τῆς πλευρᾶς εἰς τὴν καρδίαν, οὐκ ἄπειρος τοιούτου· πεσόντος δὲ σημειοῦνται [3] μαντεῖά τινα ἐκ τοῦ πτώματος, καὶ εἰς τὸ κοινὸν ἀποφαίνουσι· κομισθέντος δὲ τοῦ σώματος εἴς τι χωρίον, ἐπιβαίνουσιν ἅπαντες καθαρσίῳ χρώμενοι. Albania.

§. 8.

[1] Ὑπερβαλλόντως δὲ καὶ τὸ γῆρας τιμῶσιν Ἀλβα-

1) Medic. 4. alio ordine τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον πολυτελῶς.

2) Casaubonn. vel μεριςθεὶς, vel μυριςθεὶς; edd. Aldi et Hopperi μυριαθεὶς. Mei codices omnes cum aliis edd. μυριςθεὶς, quod res ipsa probat.

3) Vox μαντεῖα abest in Medic. 3. et deinceps pro πτώματος in eodem legitur πτώματος μαντικήν. Pro σώματος paullo post ex corr. Medic. habet πτώματος; inepte.

1) Medic. 3. 4. ὑπερβαλόντως. At derivatio est nota. Cf. supra ad lib. 9. p. m. 501.

et sumtuose per illum alit annum: productus deinde ad rem sacram deae faciendam, una cum aliis victimis mactatur, unguentis delibutus. Sacrificii ritus hic est. Quidam sacram tenens hastam, qua fas est homines sacrificandi causa interficere, comminus accedens latus hasta trajecti cor ferit, rei hujus non imperitus. Collapso isto, e cadavere divinationes quasdam concipiunt, inque publicum enunciant: et cadaver in certum locum deferentes, id lustrandi causa universi calcant pedibus.

§. 8.

Summopere senectutem

Albania. Ἀλβανοί, καὶ τὸ τῶν ἄλλων, [2] οὐ τῶν γονέων μόνων. Τεθνηκότων δὲ οὐχ ὅσιον [3] φροντίζειν, οὐδὲ μεμνῆσθαι. Συγκατορύττουσι μέντοι τὰ χρήματα αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο πένητες ζῶσιν, οὐδὲν πατρῷον ἔχοντες. Ταῦτα μὲν περὶ Ἀλβανῶν. [4] Λέγεται δ' Ἰά-

2) Urbin. Medic. 3. οὐ τῶν γονέων μόνων; Mosc. Paris. Venet. οὐ τῶν γονέων μόνον; Vatic. Medic. 4. cum edd. καὶ τὸ τῶν γονέων μόνων. *Tzschucke.* Lego cum priore interprete [*non parentum modo, sed etiam ceterorum*] et libris scriptis οὐ τὸ τῶν γονέων μόνων. Alioquin vox μόνων tollenda fuerit. *Casaubonus.* Recte ex forma in Graecis et Latinis usitata, de qua aliqua notavi ad Melam II. 2, 6, 6. p. 535. Praestat tamen hic sequi codicum exempla.

3) Planudes post ὅσιον subjicit νομίζουσι.

4) Sagaciter suspicatus est Penzelius ad interpretationem hujus narrationis p. 1444. spuriam eam esse, et a glossatore intrusam, cum infra p. 530. eadem prolixior et accuratior prodeat. Nempe, quod suspicionem non confirmat solum, sed et auget, posita formula: Ταῦτα μὲν περὶ — Strabo descriptionem populi, regionis finire solet. Servant tamen codices omnes. Medic. 4. initio quidem tantum Λέγεται δέ, uti fit alibi in utramque formam. Tum idem cum aliis et edd. Ἀρμενίου, uti paullo post, cum tamen infra p. 530. in priori loco legatur Ἀρμένου, post in quibusdam etiam libris, ut hic, Ἀρμενίου. Vera scriptura sine dubio est Ἄρμενος, uti vocant, in adjunctis quidem diversi, Stephanus, Eustath. ad Dionys. v. 694. Sic

tem Albani venerantur, cum aliorum, tum parentum. Mortuorum autem curam gerere, aut mentionem facere, nefas putant. Pecunias quidem una cum defunctis sepeliunt, ideoque pauperes vivunt, nihil paternorum possidentes. Haec de Albanis. Ferunt

δ' Ἰάσονα μετὰ Ἀρμένου τοῦ Θετταλοῦ κατὰ τὸν πλοῦν, τὸν ἐπὶ τοὺς Κόλχους, ὁρμῆσαι μέχρι τῆς Κασπίας θαλάττης, καὶ τήν τε Ἰβηρίαν καὶ τὴν Ἀλβανίαν ἐπελθεῖν, καὶ πολλὰ τῆς Ἀρμενίας καὶ τῆς [5] Μηδίας· ὡς μαρτυρεῖ τά τε Ἰασόνια καὶ ἄλλα [6] ὑπομνήματα πλείω. Τὸν δὲ Ἄρμενον εἶναι ἐξ [7] Ἀρμένου πόλεως, Albania.

Sic variatur in Ξάνθος, Μέλανθος, Κέρκαφος et aliis. Cf. ſupra ad lib. 10. p. m. 288. et de hoc nomine Gronov. ad Iuſtin. 42, 2, 10. Comprobat id etiam etymologia derivandique uſus in regionum nominibus. Ante ἐπὶ minus bene deeſt τὸν in Pariſ.

5) Medic. 4. Pariſ. Μηδείας. Tum iidem cum Medic. 4. et Moſcov: Ἰασόνια!, ut infra legitur p. 531. in. cum vulgo feratur Ἰασόνεια.

6) Poſt ὑπομνήματα Caſaubonn. codices et mei omnes ſubjiciunt πλείω, quod ab Aldo neglectum in aliis etiam exſulat. Reddidit etiam vetus interpres.

7) Euſtathius videtur legiſſe hoc loco Ὀρμενίου πόλεως. Non enim dubito, quin a noſtro Geographo acceperit, quae dixit de ejus urbis ſitu ad Il. 2, 734. οἵ τ' ἔχον Ὀρμένιον. Utitur enim ipſis Strabonis verbis: πόλις Θεσσαλικὴ μεταξύ φασι Φερῶν καὶ Λαρίσσης, [infra p. 531.] et eam idem Strabo ſupra p. 434. et 436. ſepties Ὀρμένιον vocat. Tamen ex Armeniae regionis nomine, quae nunquam Ormenium dicta eſt, videtur hoc loco ſcripſiſſe Ἀρμένιον, ſed

Ferunt Iaſonem cum Armeno Theſſalo in navigatione, ad Colchos inſtituta, profectum fuiſſe usque ad mare Caſpium, et Iberiam Albaniamque peragraſſe, magnamque Armeniae et Mediae partem; quod et Iaſonia, et alia plura teſtantur monumenta. Armenum porro ferunt oriundum fuiſſe Armeno, urbe

Albania. πόλεως, τῶν περὶ τὴν Βοιβηΐδα λίμνην μεταξὺ Φερῶν καὶ Λαρίσσης· τοὺς σὺν αὐτῷ τε οἰκῆσαι τήν τε Ἀκιλισηνὴν καὶ τὴν [8] Συσπιρῖτιν ἕως Καλαχανῆς καὶ [9] Ἀδιαβηνῆς· καὶ δὴ καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἐπώνυμον καταλιπεῖν.

ΚΕΦ.

sed non ex sua mente; nam ait Λέγεται δὲ Ἰάσονα. Ex quodam igitur Mythographo accepit Ἀρμένιον urbem, et non ex sua mente asserit. Mos fuit Graecorum, ut omnes gentes a suis heroibus denominatas fingerent. Sic, si Diis placet, Media a Medeae et Iasonis filio, Medo. *Palmerius in exercitationibus in auctores Gr.* p. 331. Cf. plura ad p. 530. Male vero hic Aldus et Hopperus scripserunt: Τῶν δὲ Ἀρμενίων εἶναι ἐξ Ἀρμενίου — Post pro Φερῶν in Medic. 3. 4. exstat Φερρῶν, et in Paris. οἰκίσαι pro οἰκῆσαι, frequenti commutatione.

8) Editiones Συσπιειρῆτιν, quibus accinunt Venetus, Mosc. Paris. cum vetere interprete; (*Syspiretim.*) Medic. 3. Σισπιρίτην; Medic. 4. Συσπιειρίτην; Vatic. Urbin. Συσπιρῆτιν. Casaubonus legendum censet Συσπειρῆτιν. Infra p. 530. constantius ferunt codices Συσπιρῖτις Occurrit hoc nomen regionis etiam in Constantino Porphyrog. de themat. 1, 8. ubi tamen scriptum editur ὁ Συσπειρίτης. Quod Ortelius in thes. Geogr. h. v. huc ex Cicer. in Attic. 2, 4. arcessit *Syspira*, et dubium est maxime, et hinc alienum. Pensitatis undique librorum lectionibus posui Συσπιρῖτιν. In voce Καλαχάνης, uti vulgo signatur, accentum cum Moscov. projeci in ultimam, ubi in his amat sedem. Cf. lib. 16. in.

9) Casaubonn. Venet. Διαβανῆς; Medic. 3. 4. Ἀδιαβηνῆς. Cf. c. l. Vulgo Ἀδιαβανῆς.

urbe juxta Boebeidem paludem inter Larissam et Pheras, et, quos ille secum duxit, eos incoluisse Acilisenam et Syspiritidem usque ad Calachanam et Adiabenam: et quidem Armeniae nomen a se reliquisse.

CAP.

ΚΕΦ. Ε.

Amazones.

§. 1.

Ἐν [1] δὲ τοῖς ὑπὲρ τῆς Ἀλβανίας ὄρεσι καὶ τὰς Ἀμαζόνας οἰκεῖν φασι. Θεοφάνης μὲν οὖν, ὁ συστρατεύσας τῷ Πομπηΐῳ, καὶ γενόμενος ἐν τοῖς Ἀλβανοῖς, μεταξὺ τῶν Ἀμαζόνων καὶ τῶν Ἀλβανῶν φησὶ Γήλας οἰκεῖν καὶ Λήγας Σκύθας· καὶ ῥεῖν ἐνταῦθα τὸν [2] Μερμάδαλιν ποταμὸν τούτων τε καὶ τῶν Ἀμαζόνων ἀνὰ μέσον. Ἄλλοι δέ, p. 504.

ὧν

1) Pro δή, quod vulgo duce Xylandro legitur, ex Mosc. Ven. Medic. 3. 4. posui δέ, quae vocula in transitu ad novam seriem a Strabone usurpari solet, et ex more facile mutatur. Sic φασὶ et φησὶ, quod de Theophane habet Paris. In nominibus Γήλας et Λήγας nihil variant libri, etsi, quod videtur, ex eodem Theophane Plutarchus in Pompejo cap. 35. scribit Γέλαι καὶ Λῆγες. Cf. ad Stephan. p. 273. Berkelius.

2) Paris. Μερμάδαλιν; Medic. 4. Μερμάνδαλιν, ut vetus interpres *Mermandalim*; alii cum edd. Μερμάδαλιν. Paullo inferius vocatur ὁ Μερμόδας. Forte quod hic Theophanis narrationem, post (ubi cf. notata) vulgatam famam sequitur, etsi omnino in his regionibus parum sibi haec nomina constant.

CAP. V.

§. 1.

In montibus, qui supra Albaniam sunt siti, Amazonibus quoque sedes fuisse perhibent. Sane Theophanes, qui, Pompeii castra secutus, in Albania fuit, inter Amazonas et Albanos ait habitasse Gelas et Legas, Scythicos populos: indeque Mermadalim amnem profluere inter hos et Amazones medio spatio. Alii, atque inter

hos

Amazones. ὧν καὶ ὁ Σκήψιος Μητρόδωρος καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες, Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτάς [3] φασιν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια.

§. 2.

Τὸν μὲν ἄλλον χρόνον καθ' αὐτὰς αὐτουργούσας ἕκαστα, τά τε πρὸς [1] ἄροτον, καὶ φυτουργίαν, καὶ τὰ πρὸς τὰς νομὰς, καὶ μάλιστα τῶν ἵππων· τὰς δ' ἀλκιμωτάτας [2] ἐφ' ἵππων κυνηγεσίαις πλεονάζειν, καὶ τὰ πολέμια ἀσκεῖν· ἁπάσας

3) Moſcov. Medic. 3. οἰκεῖν φασι.

1) Accentum ex ultima cum Moſcov. in hac vocis ſignificatione retraxi, uti diſerte monet Heſychius h. v. etſi alii, quod docent interpretes, diverſam rationem praecipiunt. Ante μάλιστα deeſt καὶ in Medic. 3.

2) Moſcov. Pariſ. Medic. 3. τῶν ἵππων pro ἐφ' ἵππων, quod alii adferunt. Tum vero Caſaubonus pro πλεονάζειν malit σχολάζειν, in quo quidem libros minime habet ſuffragantes. Quod ſi quis ἐφ' ἵππων praetulerit, emendatio Caſauboni rejicienda non videtur.

hos Metrodorus Scepſius et Hypſicrates, ne ipſi quidem locorum ignari, Gargarenſibus confines eas habitaſſe aſſerunt in radicibus Caucaſiorum montium ſeptentrioni obverſorum, quae Ceraunia dicuntur.

§. 2.

Eas reliquum tempus ita exigere, ut plantandi, arandi, paſcendique, equos maxime, operas ipſae navent: fortiſſimae etiam equis in venatu inſident, et bellicam rem exercent: omni-

σας δ' ἐπικεκαῦσθαι τὸν δεξιὸν [3] μαζὸν ἐκ νηπίων, ὥστε εὐπετῶς χρῆσθαι τῷ βραχίονι πρὸς ἑκάστην χρείαν, [4] ἐν δὲ τοῖς πρώτοις πρὸς ἀκοντισμόν· χρῆσθαι δὲ καὶ τόξῳ, καὶ [5] σαγάρει, καὶ πέλτῃ· δορὰς δὲ θηρίων ποιεῖσθαι ἐπίκρανά τε καὶ σκεπάσματα, καὶ διαζώματα· δύο δὲ μῆνας [6] ἐξαι- Amazones.

Ee 2

3) Casaubonn. μαζὸν; Moscov. μασθὸν; reliqui, quod editiones ferunt, μαστόν. Eustathius ad Homer. Il. 3, 189. p. m. 307. μαστὸν ex hoc loco etiam repetit, quamvis ibi Politus T. 2. p. 871. ex etymologiae ratione, quia non Ἀμάστονες dicantur, scribendum censet μαζὸν, quod et auctores in hac narratione ponunt, (cf. ad Melam II. 3, 4, 2. p. 110.) etsi etiam libri inter utramque vocem fluctuantur, ut apud Diodor. 2, 45. Grammatici quidem μαστὸν feminarum esse volunt, μαζὸν virorum, veluti Thomas Magister, Ammonius. Attamen μαζὸν etiam de femina dici, ut μαστὸν s. μασθὸν de viro, docuerunt interpretes ad Thom. Mag. p. 599. et quos laudat Fischer. ad Anacr. 20, 13. Etymologiae causa, cum adsint codices, dedi μαζὸν, ut etiam n. 7. refert Planudes.

4) Medic. 4. ἐν πρώτοις δὲ; Xylander omisit πρώτοις, uti paullo post δὲ ante verba καὶ τόξῳ.

5) Moscov. Paris. σάγαρι. Alii tamen vulgatam formam praescribunt. Tum pro δορύκρανα, quod editiones exhibent, in Casaubonn. Ven. Medic. 3. 4. Mosc. Paris. reperitur ἐπίκρανα, unde recepi. Cf. praeterea de hoc loco Boettiger in libro Gr. Vasen-Gemaelde T. 1. P. 3. p. 184. ubi etiam legit ἐπίκρανα, et vulgarem distinctionem notat, quam ad verum sensum accommodavi.

omnibus etiamnum infantibus dextram aduri mammam, ut ad quosuis usus expedite brachium suo fungatur munere, ad jaculandum in primis: uti eas et arcu, et sagari, (quod gladii genus est) et pelta: e pellibus ferarum cassides conficere, velamenta, et sub-

Amazones. [6] ἐξαιρέτους ἔχειν τοῦ ἔαρος, καθ' οὓς ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ πλησίον ὄρος, τὸ διορίζον αὐτάς τε καὶ τοὺς Γαργαρέας. Ἀναβαίνουσι δὲ κἀκεῖνοι κατὰ ἔθος τι παλαιὸν, συνθύσοντές τε καὶ συνεσόμενοι ταῖς γυναιξὶ, τεκνοποιίας χάριν, ἀφανῶς τε καὶ ἐν σκότει, ὁ τυχὼν τῇ τυχούσῃ· ἐγκύμονας δὲ ποιήσαντες ἀποπέμπουσιν· [7] αἱ δ' ὅ, τι μὲν ἂν θῆλυ τέκωσι, κατέχουσιν αὐταὶ, τὰ δ' ἄῤῥενα κομίζουσιν ἐκείνοις ἐκτρέφειν· ᾠκείωται δ' ἕκαστος πρὸς ἕκαστον νομίζων υἱὸν διὰ τὴν ἄγνοιαν.

§. 3.

6) Mosc. ἐξαιρέτως. Hic vulgatam movendam non censeo. Tum Medic. 3. 4. κατ' ἔθος; Ven. ἔθος τό. Planudes sequentia verba sic aucta exhibet: τεκνογονίας χάριν, ἀνιουσῶν ἑτέρωθεν κἀκείνων, καὶ ἀφανῶς — Post ἀφανῶς deest τε in Medic. 4.

7) Planudes etiam haec cum augmento ex superioribus arcessito reddit: αἱ δ', ὅ, τι μὲν ἂν θῆλυ τέκωσι, κατέχουσιν αὐταὶ, τὸν δεξιὸν μαζὸν ἐπικαίουσαι, ὥστε εὐπετῶς χρῆσθαι τῷ βραχίονι πρὸς ἑκάστην χρείαν, ἐν τοῖς πρώτοις δὲ πρὸς τὸν ἀκοντισμόν· τὰ δ' ἄῤῥενα — Ex reliquis Msstis Medic. 4. ante θῆλυ omittit ἂν, pro κατέχουσιν Ven. ponit κατέχωσιν, pro αὐταὶ, quod rectum est, Moscov. αὐτάς.

subligacula: duos autem veris menses habere eximios, quibus adscendant in montem vicinum, eas a Gargarensibus dividentem: hos quoque adscendere tum, vetere quodam instituto; ibique, una peractis sacrificiis cum Amazonibus, corpora eos miscere prolis procreandae causa: idque in occulto, et promiscue quemvis cum quavis, ut casus obtulit: postquam praegnantes fecerunt, domum eas dimittere: has, si femellam pariunt, ipsas enutrire; si marem, illis educandum mittere: quemvis Gargarensium puero oblato se familiarem praebere, quem nimirum ob ignorantiam suum deputet filium.

§. 3.

§. 3.

Amazones.

[1] Ὁ δὲ Μερμόδας καταῤῥάττων ἀπὸ τῶν ὀρῶν διὰ τῆς τῶν Ἀμαζόνων, καὶ τῆς Σιρακηνῆς, καὶ ὅση μεταξὺ ἔρημος, εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐκδίδωσι. Τοὺς δὲ Γαργαρέας συναναβῆναι μὲν ἐκ Θεμισκύρας φασὶ ταῖς Ἀμαζόσιν εἰς τούσδε τοὺς τόπους· εἶτ' ἀποστάντας αὐτῶν, πολεμεῖν μετὰ Θρᾳκῶν καὶ Εὐβοέων τινῶν, πλανηθέντων μέχρι δεῦρο πρὸς αὐτάς· ὕστερον δὲ καταλυσαμένους τὸν πρὸς αὐτὰς πόλεμον ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι ποιήσασθαι συμ-

 βάσεις,

1) Etiam haec verba ad ἐκδίδωσι male summae narrationis feriem incidunt, nec temere, cum fupra hunc fluvium *Mermadalim* f. *Mermandalim* adpellet, a librario ex gloffa in textum immiffa judicat Penzelius in interpretatione p. 1446. Codices tamen noftri reddunt omnes, nec nifi in levioribus difcrepant. Sic Medic. 4. Parif. cum edd. Aldi, Hopperi dant καταράττων, ut alii infra lib. 14. p. 667. Et fic per fimplex ρ fcribunt Diodor. 1, 32. Euftath. ad Homer. Il. 24, 454. p. m. 1494. alii. Tum Σιρακηνῆς (vulgo Σιρακήνης) Medic. 3. Parif. Venet. habent. Σιρακηνῆς tuentur fimilia. Tum pro τὴν ex edd. ante Cafaubonum repofui τῆς, quod et hic diferte notatum vidi ex Medic. 3. et Ven. cum plane omittat Med. 4. uti fit paffim in utramque formam.

§. 3.

Mermodas autem e montibus per Amazones fe praecipitans, et Siracenam, ac deferta, quae interjacent, in Maeotidem effluit. Memoriae proditum eft, Gargarenfes e Themifcyra in ifta loca cum Amazonibus commigraffe, inde ab iis defeciffe, adjutosque a Thracibus et Euboenfibus quibusdam, qui eo usque vagati effent, bellum iis intuliffe: poftea compofito bello pactos

effe

Amazones. βάσεις, ὥστε τέκνων συγκοινωνεῖν μόνον, ζῆν δὲ καθ' αὑτοὺς ἑκατέρους.

§. 4.

Ἴδιον δέ τι συμβέβηκε τῷ λόγῳ περὶ τῶν Ἀμαζόνων. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μυθῶδες καὶ τὸ ἱστορικὸν διωρισμένον ἔχουσι· τὰ γὰρ παλαιὰ, καὶ ψευδῆ, καὶ τερατώδη, μῦθοι καλοῦνται· ἡ δ' ἱστορία βούλεται τἀληθὲς, ἄντε παλαιὸν, ἄντε νέον· καὶ τὸ τερατῶδες ἢ οὐκ ἔχει, ἢ σπάνιον. Περὶ δὲ τῶν Ἀμαζόνων τὰ αὐτὰ λέγεται, καὶ νῦν, καὶ πάλαι, τερατώδη ¹ τ' ὄντα, καὶ πίστεως πόῤῥω. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν, ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συσταίη ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν; καὶ

1) Medic. 3. 4. Parif. et edd. Aldi et Hopperi τὰ ὄντα. In fequ. Euftathius, qui hunc locum refert ad Homer. Il. 3, 189. p. m. 207. omittit ποτὲ, uti poft γε.

effe communitatem, de qua diximus, liberorum duntaxat, vita caetera feorfum tranfigenda.

§. 4.

Peculiare aliquid narrationi de Amazonibus accidit. Reliquae enim fabulas a vera hiftoria feparatas habent: etenim antiqua, falfa, et portentofa, fabulae vocantur: hiftoria veritatem requirit, five prifca ea, five nova fit: monftrofa aut nulla admittit, aut raro. De Amazonibus vero eadem et nunc, et antiquitus traduntur, prodigiofa quidem, et a fide procul remota. Quis enim crediderit mulierum exercitum, aut civitatem, aut gentem conftare absque viris poffe? ac

καὶ οὐ μόνον γε συςαίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους [2] ποι- Amazones.
ήσαιτο ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ κρατήσειεν οὐ τῶν
ἐγγὺς μόνον, ὥστε καὶ μέχρι τῆς νῦν Ἰωνίας προελ-
θεῖν· ἀλλὰ καὶ διαπόντιον [3] ςείλαιτο ςρατιὰν μέ- p. 505.
χρι τῆς Ἀττικῆς; Τοῦτο γὰρ ὅμοιον, ὡς ἂν εἴ τις
λέγοι, τοὺς μὲν ἄνδρας γυναῖκας [4] γεγονέναι τοὺς
τότε, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας. Ἀλλὰ μὴν ταῦτά
γε αὐτὰ καὶ νῦν λέγεται περὶ αὐτῶν· ἐπιτείνει δὲ
τὴν ἰδιότητα καὶ τὸ πιςεύεσθαι τὰ παλαιὰ μᾶλ-
λον, ἢ τὰ νῦν.

2) Sic Casaubonn. Mosc. Paris. et reliqui, quod apte cohaeret cum conjunctis verbis. Vulgo, Aldo duce, ποιῆσαι. Xylander praeterea dedit, immo operae, ἐφόδην. Eustathius c. l. scribit ποιήσεται et κρατήσει.

3) Casaubb. ςείλαιντο; Medic. 4. Moscov. Paris. ςείλαιτο; Vatic. ςείλατο; Urbin. Medic. 3. ςείλασθαι; edd. omnes ςεῖλαι. Particula ἀλλὰ revocat ad superiora κρατήσειεν οὐ τῶν ἐγγὺς μόνον et hinc simul ad veram lectionem.

4) Sic reposui pro γενομένους, quod exstat in edd. omnibus, omnium codicum suffragiis etiam excitatus, quibus adsentiuntur Planudes et Eustathius c. l.

ac non constare modo, sed expeditiones etiam fecisse in aliorum ditionem, ac non viciniam modo subegisse et usque ad eam, quae nunc est Ionia, progressum, sed et trans mare ad Atticam usque copias emisisse? Perinde enim hoc est, ac si quis diceret, viros ea tempestate mulieres, mulieres viros fuisse. Enimvero isthaec etiamnunc de iis praedicantur: augetque rei singularis admirationem, quod antiquis quam recentibus fides facilius adhibetur.

Amazones.

§. 5.

Κτίσεις γοῦν πόλεων καὶ ἐπωνυμίαι λέγονται, καθάπερ Ἐφέσου, καὶ Σμύρνης, καὶ Κύμης, καὶ Μυρίνης, καὶ [1] Πάφου, καὶ ἄλλα ὑπομνήματα· τὴν δὲ Θεμίσκυραν, καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη, ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι, καὶ φασὶν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε. Ὅπου δὲ νῦν εἰσιν, ὀλίγοι τε καὶ ἀναποδείκτως καὶ ἀπίστως [2] ἀποφαίνονται· καθάπερ καὶ περὶ [3] Θαληστρίας, ἣν Ἀλεξάνδρῳ συμμῖξαι φασὶν ἐν τῇ

1) Casaubonn. quidam, Medic. 4. Πάφας; Paris. Πάφαι. Vulgata aliorum lectio proba videtur, etsi de ipsa re nihil aliunde adstrui potest. Θερμόδοντα post male effert Moscov.

2) Urbin. cum Medic. 3. subjungit λέγοντες.

3) Vulgo omnes codices cum vetere interprete et editionibus nomen efferunt Θαληστρίας. *Tzschucke.* Lego Θαλήστριος. Nam ita Diodorus [17, 77.] *Casaubonus.* V. quos indicat Freinshem. ad Curt. 6, 5, 25. Facilis quidem fuit hic librariorum lapsus; at cum eadem forma paullo post libere recurrat, nolui mutare. Sic, si qua fides habenda est tali auctori, etiam in hoc ex parte corrupto, Otto Frisingens. Chron. 2, 25. *Alestram* pro *Thalestram* vocat.

§. 5.

Urbes quidem ab iis conditae denominataeque feruntur Ephesus, Smyrna, Cuma, Myrina, Paphus: aliaque exstant monumenta. Themiscyram vero, et campos juxta Thermodontem, montesque supra positos, omnes Amazonibus adscribunt: aiuntque inde eas expulsas fuisse; ubi nunc sunt, pauca de iis et sine demonstratione et praeter fidem feruntur. Quale est etiam de Thalestria, quam cum Alexandro ferunt prolis concipiendae

τῇ Ὑρκανίᾳ, καὶ συγγενέσθαι τεκνοποιΐας χάριν, Amazones.
[4] δυναστεῦσαι τῶν Ἀμαζόνων· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται τοῦτο· ἀλλὰ τῶν συγγραφέων τοσούτων ὄντων, οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν· [5] οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τοιούτου· οὐδ' οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασι. Κλείταρχος μὲν [6] φησι τὴν Θαληστρίαν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν καὶ Θερμώδοντος ὁρμηθεῖσαν ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον· εἰσὶ δ' ἀπὸ [7] Κασπίων εἰς Θερμώδοντα

4) Urbin. edd. Aldi, Hopperi δυναστεῦσαι; Medic. 3. τοῦ δυναστεῦσαι; Medic. 4. δυναστεῦσαι et ex corr. καὶ δυναστεῦσαι; Mofcov. Parif. Vatic. adfcita fequenti voce δυναστευσάντων; Venetus, quod videtur, cum reliquis edd. δυναστεύουσαν. Cum δυναστεῦσαι commode poffit intelligi, fi ad priorem narrationis partem referatur, totque codices ita praecipiant, revocavi Aldinam lectionem. Pro συμμῖξαι vero Aldus et Hopperus male dederunt συμμίξας.

5) Cafaubonn. οὐδ' ὅσα πιστεύομεν. Mei omnes in vulgata bene confentiunt. At poft pro τοιούτων, quod praeivit Aldus, et Cafauboniani et mei adferunt τοιούτου, quos reddidi. Tum Medic. 4. καὶ οἱ εἰπόντες οὐ τά; Parif. οὐδέ.

6) Ante φησὶ ex Medic. 3. et Urbin. inferui μέν.

7) Cafaubonn. Mofcov. Medic. 3. Urbin. Ven. Κασπίας; Vatic. Parif. Κασπίαν; Medic. 4. cum edd. Κασπίων, quod

endae çaufa in Hyrcania coiuiffe, Amazonibus eam imperaffe: non enim in confeffo hoc eft: fed e tanto fcriptorum numero, qui maxime veritatis habuerunt rationem, nihil ea de re dicunt, nullaque fit mentio ejus ab his, quibus plurimum fidei habetur: qui tradiderunt, non confentiunt. Clitarchus ait, Thaleftriam a Cafpiis portis et Thermodonte profectam ad Alexandrum veniffe: funt autem a Cafpiis portis ad Thermodontem ftadia amplius IↃↃ CIↃ.

Caucasus. στάδιοι πλείους ἑξακισχιλίων· καὶ τὰ πρὸς τὸ ἔνδοξον [8] θρυλληθέντα κἂν ὁμολογῆται παρὰ πάντων, οἱ δὲ πλάσαντες ἦσαν οἱ κολακείας μᾶλλον, ἢ ἀληθείας φροντίζοντες.

§. 6.

Οἷον [1] τὸ τὸν Καύκασον μετενεγκεῖν εἰς τὰ Ἰνδικὰ ὄρη, καὶ τὴν πλησιάζουσαν ἐκείνοις ἑῴαν θάλατταν, ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων τῆς Κολχίδος καὶ τοῦ Εὐξείνου ὀρῶν· ταῦτα γὰρ οἱ Ἕλληνες [2] Καύ-

fine dubio latet in Κασπίαν. Regionem enim Strabo vocat Κασπιανὴν, (fupra p. 502. f. 528.) non Κασπίαν, ex quo Κασπίας locum habere poffit, et ubi occurrit, ut lib. 2. p. 129. per nexum fubintelligi debet θάλασσα. Retinui igitur Κασπίων.

8) Medic. 3. 4. Mofcov. θρυληθέντα, ut paffim alibi. Cf. ad lib. 9. p. m. 624. Tum pro κἂν in Veneto exftat καὶ et in Mofcov. Parif. Medic. 3. 4. ὁμολόγηται, cum Aldus et Hopperus emiferint ὁμολογῆται, quod Xylander, fequentibus pofteris, mutavit in ὁμολογεῖται. Cum praecedat κἂν, praeferendum utique videtur ὁμολογῆται.

1) Mofcov. τῷ. Poft pro ὄρη, quod aptius eft, Cafaubonn. Ven. μέρη. In fequ. pro τοῦ Εὐξείνου Xylander dedit τῶν Εὐξείνων.

Quae autem augendae gloriae caufa vulgata funt, etfi in iis confentiant omnes, tamen, qui confinxere, adulandi, quam veritatis, fuerunt ftudiofiores.

§. 6.

Quale eft, quod Caucafum in montes Indicos, eisque vicinum mare orientale transtulerunt a montibus, qui fupra Colchidem et Euxinum mare fiti funt, quos

[2] Καύκασον ὠνόμαζον, διέχοντα τῆς Ἰνδικῆς πλείους, ἢ [3] τρισμυρίους σταδίους· καὶ ἐνταῦθα ἐμυθεύσαντο τὰ περὶ [4] Προμηθέως καὶ τῶν δεσμῶν αὐτοῦ· ταῦτα γὰρ τὰ ὕστατα πρὸς ἕω ἐγνώριζον οἱ τότε. Ἡ δὲ ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατεία Διονύσου καὶ Ἡρακλέους ὑστερογενῆ τὴν μυθοποιίαν ἐμφαίνει· ἅτε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τὸν Προμηθέα λῦσαι λεγομένου χιλιάσιν ἐτῶν ὕστερον. Καὶ ἦν μὲν [5] ἐνδοξότερον τὸ τὸν Ἀλέξανδρον μέχρι τῶν Ἰνδικῶν ὀρῶν

Caucasus.

2) Mosсov. Medic. 3. 4. Venet. edd. Aldi, Hopperi praeponunt καὶ, quod magis impedit, cum simpliciter hoc adfirmetur et sine comparatione.

3) Casaubonn. Venet. perperam τριακοσίους. Pro ἐμυθεύσαντο, quod ferunt editiones, in Medic. 3. 4. Paris. Ven. legitur ἐμύθευσαν. Aut adhaesit τὸ ex proximo, aut ab eo est absorptum. Solent autem passim hae formae omnino etiam in Nostro commisceri.

4) Medic. 3. 4. Vatic. Urban. Paris. Mosc. Προμηθέα, cui ut accommodarent proximas voces, Mosc. Medic. 3. 4. dederunt etiam τὸν δεσμόν. Alii vulgatam ab editionibus lectionem servant, quam, cum aptius sequatur τῶν δεσμῶν non moveo. Simile supra notavi p. 492. in. Post λῦσαι pro λύσαι praescribit Moscov. Προμυθέα vitiose Paris.

5) Sic cum Msstis, addicente nexu, reposuit pro ἐνδοξότερα Casaubonus. Pro δοκεῖ autem, quod et volunt Medic. 3. 4. (ex corr.) Paris. Vatic. Urbin. olim Xylander dederat δοκεῖν. Antea ἐπὶ omisso τοὺς exstat in Med. 3.

quos Graeci Caucasum nominant, amplius XXX stadiorum millibus ab India distantes: ibique Prometheum vinctum fabulose tradunt, cum nihil ulterius versus ortum Solis cognovissent. Bacchi enim et Herculis in Indos expeditio posterius tempore commentum prae se ferunt: quippe cum Hercules Prometheum mille post annis dicatur solvisse. Fuit sane gloriosius, Alexandrum usque ad Indicos montes, quam

Caucasus. ὀρῶν καταστρέψασθαι τὴν Ἀσίαν, ἢ μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Εὐξείνου καὶ τοῦ Καυκάσου· ἀλλ' ἡ δόξα τοῦ ὄρους καὶ τοὔνομα, καὶ τὸ τοὺς περὶ Ἰάσονα δοκεῖν μακροτάτην στρατείαν τελέσαι τὴν μέχρι τῶν πλησίον Καυκάσου, καὶ τὸ τὸν Προμηθέα
p. 506. παραδεδόσθαι δεδεμένον ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς γῆς ἐν τῷ Καυκάσῳ, χαριεῖσθαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπέλαβον, [6] οἱ τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες εἰς τὴν Ἰνδικήν.

§. 7.

Τὰ μὲν οὖν ὑψηλότατα τοῦ ὄντως Καυκάσου τὰ νοτιώτατά ἐστι, τὰ πρὸς [1] Ἀλβανίᾳ, καὶ Ἰβηρίᾳ, καὶ Κόλχοις, καὶ Ἡνιόχοις. Οἰκοῦσι δὲ οὓς εἶπον

6) Suadente Casaubono distinctioris notationis causa, cujus supra exempla adfuerunt, interposui οἱ, quae vocula facile a praecedente ον absorberi potuit.

1) In Msstis Casauboni et Ven. πρὸς Ἀλβανίαν, καὶ Ἰβηρίαν καὶ Κόλχους καὶ Ἡνιόχους. Cum utrumque suo respectu stare posset, retinui aliorum omnium vulgatam formam. Antea vocula οὖν abest in Veneto.

quam usque ad intimum Euxini sinum et Caucasum subegisse Asiam; sed gloria montis, nomenque, et quod Iason cum suis longissimam creditus est expeditionem fecisse, progressus usque ad Caucaso vicina loca, quodque traditum fuit, Prometheum in extremis terrae finibus ad Caucasum fuisse alligatum: haec, inquam, fecerunt, ut gratiam regis se inituros putarent, si nomen Caucasi in Indiam transportassent.

§. 7.

Porro autem ejus, qui re vera est, Caucasi excelsissimae partes, sunt, quae maxime versus meridiem tendunt ad Albaniam, Iberiam, Colchos, et Heniochos. Habitantur ab iis, quos

εἶπον τοὺς συνερχομένους εἰς τὴν Διοσκουριάδα· συνέρχονται δὲ τὸ πλεῖστον ἁλῶν χάριν. Τούτων δ' οἱ μὲν, τὰς ἀκρωρείας κατέχουσιν· οἱ δὲ, ἐν νάπαις αὐλίζονται, καὶ ζῶσιν ἀπὸ [2] θηρείων σαρκῶν τὸ πλέον, καὶ καρπῶν ἀγρίων, καὶ γάλακτος. Αἱ δὲ κορυφαὶ, χειμῶνος μὲν, ἄβατοι· θέρους δὲ, προσβαίνουσιν, ὑποδούμενοι κεντρωτὰ ὠμοβόϊνα δίκην τυμπάνων [3] πλατεῖα, διὰ τὰς χιόνας καὶ τοὺς κρυστάλλους. Καταβαίνουσι δ' ἐπὶ [4] δορᾶς κείμενοι σὺν τοῖς φορτίοις, καὶ κατολισθαίνοντες· ὅπερ καὶ κατὰ τὴν [5] Ἀτροπατίαν Μηδίαν, καὶ κατὰ Caucasus.

2) Vulgo θηρίων. Alterum tuentur Medic. 3. 4. Mosc. Cf. supra ad p. 502. f.

3) Sic pro πλατέα reposui ex Mosc. Paris. et Medic. 4. Post, ut supra jam notatum est, κρυστάλους simplici λ dimittitur in Medic. 3. 4.

4) Sic pro δορὰς dedi ex Mosc. uti saepe apud Nostrum in notanda urbium sede positum occurrit. Sic in re simili Maxim. Tyr. 10, 9. ἐπὶ κλίνης κεῖσθαι. Tum καὶ, quod vulgo praecedit verbum κατολισθαίνοντες, ante σὺν τοῖς ponunt Medic. 3. Urbin. et Vatic.

5) Per ει efferunt hic omnes libri, praeter Medic. 4. in quo scribitur per ι, ut infra exstat p. 523. f. cum omnium librorum consensu, et Ἀτροπατίοις p. 524. f. et p. 523. et ex Strabonis posteriori loco reddunt Stephanus et

quos Dioscuriadem convenire dixi: conveniunt autem fere salis causa. Horum alii summa montium incolunt, alii in saltibus degunt, vivuntque potissimum carnibus ferinis, frugibus silvestribus, et lacte. Vertices hyeme conscendi non possunt. Aestate scandunt, pedibus subligantes calceos aculeatos, e tergore bovis crudo confectos, latos instar tympanorum, propter nives et glaciem. Delabuntur pelli insidentes una cum fasciculis suis: quod idem fit etiam in Atropatia Media,

Caucasus. κατὰ τὸ Μάσιον ὄρος τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ συμβαίνει· ἐνταῦθα δὲ καὶ τροχίσκοι ξύλινοι κεντρωτοὶ τοῖς πέλμασιν ὑποτίθενται. Τοῦ γοῦν Καυκάσου τὰ μὲν ἄκρα, τοιαῦτα.

§. 8.

Καταβαίνοντι δ' εἰς τὰς ὑπωρείας ἀρκτικώτερα μέν ἐστι [1] κλίματα, ἡμερώτερα δέ· ἤδη γὰρ συνάπτει τοῖς πεδίοις τῶν Σιράκων. Εἰσὶ δὲ καὶ Τρωγλοδύται τινὲς, ἐν φωλεοῖς οἰκοῦντες διὰ τὰ ψύχη· παρ' οἷς ἤδη καὶ ἀλφίτων ἐστὶν εὐπορία. Μετὰ δὲ τοὺς Τρωγλοδύτας, καὶ [2] Χαιανοῖται, καὶ Πολυ-

et Eustath. ad Dionys. v. 1019. Ut igitur sibi constaret Strabo, posui et hic ι. Ex simili commistione Μηδείαν, ut supra etiam notatum est, emiserunt Medic. 4. Paris. Sic supra 11. p. m. 388. Ἡνιοχεία et Ἡνιοχία. Tum Paris. habet Καυκασίου, ut in ipso contextu Aldus, qui tamen in emendandis notavit.

1) Medic. 3. 4. praeponunt τά. Tum vitiose Ven. ἐν φωκεοῖς.

2) Moscov. Χαίανοί τε, quae posterior vox inest in praecedenti καί. Major discrepantia est in nomine Εἰσαδίκων, pro quo Moscov. dat εἰς ἀδίκων; Urbin. Σιράκων; Medic. 3. et in lacuna Medic. 4. Σιρακῶν. Vetus interpres

Media, et Masio, Armeniae monte: ibi etiam rotulae ligneae aculeatae plantis pedum subduntur. Summa ergo Caucasi sic sunt.

§. 8.

Cum descenditur ad radices montium, magis versus septentrionem jam loca inclinant: sed leniora sunt, jam campis Siracum appropinquantia. Troglodytae etiam ibi quidam sunt, in speluncis habitantes frigoris causa: apud quos etiam farinae jam est copia. Post Troglodytas sunt Chaeanoetae et Polyphagi,

Πολυφάγοι τινὲς καλούμενοι, καὶ αἱ τῶν Εἰσαδί- Caucasus.
κων κῶμαι δυναμένων γεωργεῖν, διὰ τὸ μὴ παντελῶς ὑποπεπτωκέναι ταῖς ἄρκτοις.

§. 9.

Οἱ δ' ἐφεξῆς ἤδη νομάδες, οἱ μεταξὺ τῆς Μαιώτιδος, καὶ τῆς Κασπίας, Ναβιανοὶ καὶ [1] Παγξανοί· καὶ ἤδη τὰ τῶν Σιράκων καὶ Ἀόρσων φῦλα. Δοκοῦσι δ' οἱ Ἄορσοι καὶ οἱ Σίρακες φυγά-

pres plane omisit, alii libri vulgatum nomen referunt. Σίρακες proxime postea subsequuntur. An tamen verum nomen editum sit, nec statuo, et dubito. Tum pro δυναμένων, quod ad populum illum recte refertur, Medic. 4. substituit δυνάμεναι.

1) Medic. 4. Παξανοὶ, reliqui, quod videtur, cum editis Πανξανοὶ, quam jam Lünemannus in descr. Caucasi p. 42. mutatum voluerat ex ratione Graecae scripturae in Παγξανοὶ, uti nunc dedi. De altera scriptura antiquiori in et inscriptionibus obvia cf. Fischeri animadvers. in Welleri Grammatic. Gr. T. 1. p. 231. sq. Tum lepido vitio Ald. et Hopper. φύλλα. Σιράκων hic reliqui, etsi supra p. 492. legitur Σιρακοὶ, quia proxime sequitur Σίρακες, nec duplices formas Noster respuit. De ipso populi nomine vid. supra c. l. ubi etiam de Aorsis. Paullo superius ante Μαιώτιδος Casaubonus addidit τῆς; quod ante eum aberat.

phagi, quasi voraces, dicti, et Eisadicorum pagi, agriculturae gnarorum, quia non omnino subiacent septentrionibus.

§. 9.

Hos sequuntur Nomades deinceps usque ad Maeotidem, Nabiani et Panxani, ac Siracum jam nunc et Aorsorum nationes. Videntur Siraces et Aorsi patria superiore ejecti, Siracesque magis, quam Aorsi,

Caucasus.

φυγάδες εἶναι τῶν ἀνωτέρω, καὶ [2] προσαρκτιοι μᾶλλον Ἀόρσων. Ἀβέακος μὲν οὖν, [3] ὁ τῶν Σιράκων βασιλεὺς, ἡνίκα Φαρνάκης τὸν Βόσπορον εἶχε, δύο μυριάδας ἱππέων ἔστειλε· Σπαδίνης δ', ὁ τῶν Ἀόρσων, καὶ εἴκοσιν· [4] οἱ δὲ ἄνω Ἄορσοι καὶ πλείονας· καὶ γὰρ ἐπεκράτουν πλείονος γῆς, καὶ σχεδόν τι τῆς Κασπίων παραλίας τῆς πλείστης ἦρχον· ὥστε καὶ ἐνεπορεύοντο καμήλοις τὸν Ἰνδικὸν φόρ-

2) Scribendum eſt, credo, προσαρκτίων. Hoc enim vult Strabo: Aorſos hos et Siracas olim profugiſſe ex illa Aorſorum gente, *qui ſuperius et magis ad ſeptemtrionem ſiti ſunt.* Sic enim infra οἱ ἄνω Ἄορσοι ab his Aorſis diſtinguuntur. *Tyrwhittus in conjecturis in Strabonem* p. 44. Aliam verbo medicinam adhibuit Gatterer in commentatt. Goetting. Vol. 12. p. 163. πρὸς ἄρκτον. At Aorſi illi, unde hi egreſſi erant, habitabant magis verſus meridiem usque ad Caucaſios montes, (p. 492.) hi ipſi, ut diſerte Noſter narrat, inter Maeotida et mare Caſpium. Quare, cum et codices ita velint, nihil muto.

3) Ante ὁ Moſcov. Medic. 3. 4. Urbin. Venet. inſerunt οὖν. Quod cum in terrarum ambitu, quas occupabant, facit ad declarandam multitudinem, recepi. Poſt pro Σιράκων Medic. 4. ex corr. ſortitus eſt Ἀόρσων, qui tamen deinceps ſequuntur.

4) Medic. 3. 4. edd. Aldi, Hopperi οἱ δ' ἄνω, ut alibi variatur. Tum vocem γῆς poſt πλείονες omittunt Urbin. Vatic.

Aorſi, ad ſeptentrionem accedunt. Abeacus quidem, Siracum rex, cum Pharnaces Boſporum teneret, xx equitum millia mittebat: Spadines, Aorſorum rex, etiam ducenta: plures his Aorſi ſuperius habitantes, ut qui terrae plus obtinerent, ac fere in maximam partem orae maris Caſpii dominarentur: itaque negotiabantur etiam, camelis Indicas et Baby-

φόρτον καὶ τὸν Βαβυλώνιον, παρά τε Ἀρμενίων Iberia.
καὶ Μήδων διαδεχόμενοι· ἐχρυσοφόρουν δὲ διὰ τὴν [5] εὐπορίαν. Οἱ μὲν οὖν Ἄορσοι τὸν Τάναϊν παροικοῦσιν· οἱ Σίρακες δὲ τὸν Ἀχαρδέον, ὃς ἐκ τοῦ Καυκάσου ῥέων, ἐκδίδωσιν εἰς τὴν Μαιῶτιν.

ΚΕΦ. ΣΤ.

§. 1.

Ἡ δὲ δευτέρα μερὶς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης, εἰς ἣν κατέπαυεν ἡ προτέρα· καλεῖται [1] δ' ἡ αὐτὴ θάλαττα καὶ Ὑρκανία. Δεῖ p. 507. δὲ περὶ τῆς θαλάττης εἰπεῖν πρότερον ταύτης, καὶ τῶν προσοίκων ἐθνῶν. Ἔστι δ' ὁ κόλπος ἀνέχων ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ πρὸς μεσημβρίαν· κατ' ἀρχὰς μὲν ἱκανῶς στενός· ἐνδοτέρω δὲ πλατύνεται προϊὼν

5) Venet. contra rem ἀπορίαν. Post idem flumen vocat Ἀχαρδεῖον.

1) Sic Moscov. Venet. Vatic. Urbin. Medic. 3. 4. cum ante Casaubonum legeretur αὐτὴ θάλαττα, quod etiam adfert Paris. pro quo ille reposuit δὲ αὐτὴ ἡ θάλαττα.

Babylonicas merces a Medis et Armeniis excipientes: aurum quoque ob divitias gestabant. Aorsi Tanain accolunt, Siraces Achardeum: is e Caucaso fluens in Maeotin exit.

CAP. VI.

§. 1.

Secunda Asiae pars a Caspio mari incipit, in quod prior desinebat. Mare hoc etiam Hyrcanum nominatur. Est autem de eo prius dicendum, et accolentibus gentibus. Sinus est mare illud, ab Oceano versus meridiem protentus: ab initio satis angustus: intus autem dum progredi-

Caspium mare.

προϊὼν, καὶ μάλιστα [2] κατὰ τὸν μυχὸν ἐπὶ σταδίους που καὶ πεντακισχιλίους· ὁ δ' εἴσπλους μέχρι τοῦ μυχοῦ μικρῷ πλείων ἂν εἴη· συνάπτων πως ἤδη τῇ ἀοικήτῳ. Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης, τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γνώριμον περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης, τὸν μὲν παρὰ τοὺς Ἀλβανοὺς καὶ τοὺς [3] Καδουσίους, εἶναι πεντακισχιλίων καὶ τετρακοσίων· τὸν δὲ παρὰ τὴν [4] Ἀναριακῶν καὶ [5] Μάρ-

2) Ven. Paris. κατὰ τῶν μυχῶν. Tum Medic. 4. τῷ ἀοικήτῳ.

3) In omnibus meis codicibus legitur Κλουσίους, quod cum vetere interprete reddiderunt etiam edd. Aldi et Hopperi, et Xylander primum mutavit in Καδουσίους, uti exstat in epitome p. 144. Huds. et ipsa Geographica ratio postulat. Cf. infra Strabo p. 508.

4) Casaubonn. Medic. 3. Venet. Moscov. Paris. Vatic. Urbin. Ἀριάκων, ut epitome Ἀριακῶν; Medic. 4. Ἀναρίσκων. Vetus interpres jactat *Nariscos*. Edd. omnes dant Ἀναριάκων. Sic a Plinio 6, 18. s. 16. vocantur *Anariacae* aliquatenus corrupte a Ptolemaeo 6, 2. Ἀμαριάκαι, magis vulgo a Polybio 5, 44, 9. Ἀριαράκαι, ubi Ἀνιαράκαι reposuit Schweighaeuserus, etsi in notis praefert Ἀναριάκαι, uti volebat Holsten. ad Stephan. p. 34. qui ipse ex Strabone commemorat Ἀναριάκην urbem, cujus etiam scriptura corrupta exiit infra p. 508. et apud Ptolemaeum 6, 2. Ἀνδριάκα, ut fere infra p. 514. ipsi populi. Verum nomen reddidit etiam ex Nostro Harduinus in Plinio 6, 15. s. 13. ubi

tur, in latum se pandit, maxime in intimo ad stadia etiam alicubi 1ↃↃ. Introitus usque ad intimum recessum fortasse aliquanto est major, jam quodammodo terram habitatoribus carentem attingens. Eratosthenes profitetur maris hujus circumnavigationem, ut Graecis nota est, apud Albanos et Cadusios, stadiorum 1ↃↃ CCCC: juxta Anariacam, Mar-

⁵ Μάρδων, καὶ Ὑρκανῶν, μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Caspium mare.
Ὤξου ποταμοῦ, τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων·
ἔνθεν δ' ἐπὶ τοῦ Ἰαξάρτου ⁶ δισχιλίων τετρακοσίων. Δεῖ δὲ περὶ τῶν ἐν τῇ μερίδι ταύτῃ, καὶ τοῖς ἐπὶ τοσοῦτον ἐκτετοπισμένοις ἁπλούστερον ἀκούειν, καὶ μάλιστα περὶ τῶν διαστημάτων.

Ff 2 §. 2.

ubi antea legebatur *Aratiaticos*. Sed cum nominis terminatio subsistat in αι, pro Ἀναριάκων reposui, mutato accentu, Ἀναριακῶν.

5) Sic efferuntur in omnibus libris, quibus accedunt epitome et vetus interpres. *Tzschucke*. Lego hic Ἀμάρδων, ut alibi. Sic Stephanus et Plinius [6, 19. s. 17.] Mardos tamen etiam apud Stephanum, Diodorum [17, 76.] aliosque leges. *Casaubonus*. Non praeviderat, aut cogitaverat emendationem, quam infra p. 523. necessitas exprimebat, etsi corrupte Μάρδους etiam a Ptolemaeo 6, 2. vocari, contendit Harduinus ad Plin. 6, 15. s. 13. Plura conlecta dedi ad Melam II. 3, 5, 4. p. 141. sq. Ἀμάρδων tamen vult etiam Seidelius ad Eratosthen. p. 151. nec omnino temere, si respicias similem locum infra p. 514. in. ex Eratosthene repetitum.

6) Si Plinium [6, 15. s. 13.] sequimur, legendum potius χιλίων τριακοσίων. Utra autem lectio sit verior, potes, si vacat, ex Pliniana summa intelligere. *Casaubonus*. Nempe olim in Plinio, ubi eandem Eratosthenis computationem refert, legebatur *ab eo* (Oxo) *ad ostium Iaxartis mile CCCC* (stadia), cui numero mile stadia deesse, subjecti calculi ratio aperte docet. Quare ut haec constaret, ex vetusta lectione illa recte addidit Harduinus, et vitium ex mutatione Casauboni Straboni potius adspergatur. In vulgata etiam lectione conspirant omnes libri cum epitome p. 144. Ὤξου dedi pro Ὄξου, de quo ad p. 509.

Mardos, et Hyrcanos usque ad ostia Oxi fluminis, ↄↄↄ demtis cc, hinc ad Iaxartem ciↄ ciↄ cccc. Verum de his, quae in hac parte sita sunt, et tam longe a nobis remota, caute adhibenda est fides, maxime ubi distantiae locorum recitantur.

§. 2.

Caspium mare.

§. 2.

Εἰσπλέοντι δ' ἐν δεξιᾷ μὲν τοῖς Εὐρωπαίοις οἱ συνεχεῖς Σκύθαι νέμονται καὶ Σαρμάται, οἱ μεταξὺ τοῦ Ταναΐδος καὶ τῆς θαλάσσης ταύτης, νομάδες οἱ πλείους· περὶ ὧν εἰρήκαμεν. Ἐν ἀριστερᾷ δ' οἱ πρὸς ἕω Σκύθαι νομάδες, καὶ οὗτοι [1] μέχρι τῆς πρὸς ἕω θαλάττης, καὶ τῆς Ἰνδικῆς παρατείνοντες. Ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς [2] προσβόῤῥους κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν. Οἱ δ' ἔτι πρότερον διελόντες, τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ Εὐξείνου, καὶ Ἴστρου, καὶ Ἀδρίου κατοικοῦντας, Ὑπερβορέους ἔλε-

1) Medic. 4. μέχρι τῇ (τῆς) ἑῴας θαλάττης τῆς; Medic. 3. Paris. μέχρι τῆς ἕω θαλάττης; Moscov. μέχρι τῆς ἕως θαλάττης. Πρὸς ante Xylandrum deerat etiam in editionibus.

2) Προσβόρους dant Medic. 3. 4. Moscov. Paris. et edd. Aldi et Hopperi. Quam variationem saepe notavi, unde etiam eorundem codicum inconstantia discitur. De duplici ρ diserte monetur in margine cod. Moscov. lib. 12. p. 570. Post Medic. 3. 4. τοῦ Ἀδρίου; Paris. Moscov. τοῦ Ἀδρίου.

§. 2.

Cum ad dextram intro navigatur, Europaeis continui Scythae habitant, et Sarmatae, qui inter Tanaidem sunt et hoc mare, incertis plerique vagantes sedibus, de quibus differuimus. Ad laevam sunt Scythae nomades versus orientem, qui usque ad mare orientale et Indiam porriguntur. Veteres Graecorum scriptores universas gentes septentrionales Scytharum et Celtoscytharum nomine affecerunt. Iis autem antiquiores ita diviserunt eas, ut qui supra Euxinum, Istrum, et Adriam incolerent, eos omnes Hyperboreos, Sau-

ἔλεγον, καὶ Σαυρομάτας, καὶ Ἀριμασπούς· τοὺς δὲ [3] πέραν τῆς Κασπίας θαλάττης, τοὺς μὲν, Σάκας, τοὺς δὲ, Μασσαγέτας ἐκάλουν, οὐκ ἔχοντες ἀκριβῶς λέγειν περὶ αὐτῶν οὐδὲν, [4] καίπερ πρὸς Μασσαγέτας τοῦ Κύρου πόλεμον ἱστοροῦντες. Ἀλλ' οὔτε περὶ τούτων [5] οὐδεὶς ἠκρίβωτο πρὸς ἀλήθειαν οὐδὲν, οὔτε τὰ παλαιὰ τῶν Περσικῶν, οὔτε τῶν Μηδικῶν, ἢ Συριακῶν ἐς πίστιν [6] ἀφικνεῖτο μεγάλην, διὰ τὴν τῶν συγγραφέων ἁπλότητα καὶ τὴν φιλομυθίαν. Caspium mare.

3) Venet. περί. Tum Μασαγέτας Urbin. Medic. 3. 4. ut in sequ. Ἔχοντας male exstat in edd. Aldi et Hopperi.

4) Medic. 3. Urbin. καίτοι. Sed καίπερ bene hic habet. Post τοῦ Κύρου legitur in Medic. 3. 4. Mosc. Paris. Vatic. Urbin. unde recepi pro vulgato τὸν Κύρου. *Tzschucke.* Legerem potius καίπερ τὸν πρὸς Μασσαγέτας Κύρου πόλεμον ἱστοροῦντες. *Casaubonus.* Ita quidem lucidiori ordine; sed et vulgata commode potest intelligi; nec Strabo talia rejicit.

5) Paris. Ven. Medic. 3. 4. Vatic. Urbin. οὐδὲν; Casaubonn. πρὸς ἀλήθειαν οὐδὲν; edd. οὐδεὶς ἠκρίβωτο πρὸς ἀλήθειαν. *Tzschucke.* Lege cum scriptis οὐδεὶς ἠκρίβωτο οὐδέν. *Casaubonus.* Cum vulgata ejus vocis repetitae desiderium relinquat, addidi ex iis codicibus.

6) Medic. 3. contra narrationis seriem ἀφικνεῖται. Ante φιλομυθίαν Medic. 4. omisit τήν.

Sauromatas, et Arimaspos appellarent: qui trans mare Hyrcanum, Sacas et Massagetas. Neque vero de iis quicquam potuerunt accurate scribere, quantumvis Cyri adversus Massagetas bellum narrarent. Sed neque de his quisquam veritatem exacte perhibuit, neque de priscis Persarum, Medorum, Syrorum rebus, fidem admodum magnam invenerunt scriptores: idque ob ipsorum simplicitatem et fabulas edendi studium.

Caspium mare.

§. 3.

Ὁρῶντες γὰρ τοὺς φανερῶς μυθογράφους εὐδοκιμοῦντας, ᾠήθησαν καὶ αὐτοὶ παρέξεσθαι τὴν γραφὴν ἡδεῖαν, ἐὰν [1] ἐν ἱστορίας σχήματι λέγωσιν, ἃ μηδέποτε εἶδον, μήτε ἤκουσαν, ἢ οὐ παρά γε εἰδότων σκοποῦντες· δι' αὐτὸ δὲ μόνον τοῦτο ὅτι ἀκρόασιν ἡδεῖαν ἔχει καὶ θαυμαστήν. Ῥᾴδιον
p. 508. δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ πιστεύσειεν ἡρωολογοῦσι, καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς, ἢ Κτησίᾳ τε, καὶ Ἡροδότῳ, καὶ Ἑλλανίκῳ, καὶ ἄλλοις τοιούτοις.

§. 4.

Οὐδὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου [1] δὲ συγγράψασιν

1) Deest ἂν in Medic. 3. ut in Medic. 4. postea σκοποῦντες. Tum pro ῥᾴδιον idem ῥᾷον. Pro τραγικοῖς male Ven. πρακτικοῖς.

1) Particula δὲ abest in Medic. 4. et edd. ante Casaubonum. Pro συγγράψασιν Medic. 3. dat συγγραφεῦσιν, et ante

§. 3.

Cum enim viderent, in honore esse eos, qui e professo fabulis scriberent: existimaverunt suam quoque scriptionem lectoribus jucundam fore, si sub narrationis verae specie ea dicerent, quae neque vidissent, neque audivissent, saltem ex iis, quibus cognita ista essent, id unum spectantes, ut auditio amoena fieret atque admirabilis. Certe facilius Hesiodo et Homero aliquis fidem adhibuerit, cum de heroibus verba faciunt, itemque tragicis poëtis, quam Ctesiae, Herodoto, Hellanico, et eorum similibus.

§. 4.

Plerisque etiam eorum, qui de Alexandro scripserunt,

σιν ῥᾴδιον πιςεύειν τοῖς πολλοῖς· καὶ γὰρ [2] οὗτοι ῥᾳδιουργοῦσι διά τε τὴν δόξαν τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ διὰ τὸ τὴν ςρατείαν πρὸς τὰς ἐσχατιὰς γεγονέναι τῆς Ἀσίας πόῤῥω ἀφ' ἡμῶν· τὸ [3] δὴ πόῤῥω δυσέλεγκτον. Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτεια καὶ ἡ τῶν [4] Παρθυαίων πλεῖόν τι προσεκκαλύπτει τῶν παραδεδομένων πρότερον. Οἱ γὰρ περὶ ἐκείνων συγγράφοντες, καὶ τὰ χωρία καὶ τὰ ἔθνη, ἐν οἷς αἱ πράξεις, πιςότερον λέγουσιν, ἢ οἱ πρὸ αὐτῶν· μᾶλλον γὰρ κατωπτεύκασι. Caspium mare.

Ff 4 ΚΕΦ.

ante ῥᾴδιον Medic. 3. Mofcov. Ven. Parif. inferunt alteram negationem οὐ, quam etiam admiferunt editiones Aldi et Hopperi. In utramque partem ea poteft agi.

2) Sic pro οὗτοι, quod ferunt editiones, Mofc. Parif. Medic. 3. 4. idque accommodatius putavi. Pro τοῦ ante Ἀλεξάνδρου iidem cum Cafaub. Vatic. et Urbin. malunt τήν.

3) Δέ, ut faepe fit, fubftituunt Medic. 3. 4. et Mofc. feruntque edd. Aldi et Hopperi. Propius ad argumentationem valet δή.

4) Male Medic. 4. Παρθυίων. Tum pro ἐκείνων Venet. Medic. 3. 4. et edd. Aldi et Hopperi adponunt ἐκείνου. Nempe retulerunt ad Alexandrum, cum de locis, vel rebus melius intelligatur. Poftea ἢ ὁ vitiofe Medic. 3.

runt, credere non eft fatis tutum: nam et ifti facile verba dant, cum ob Alexandri gloriam, tum quod expeditio procul a nobis in extremos Afiae fines facta fuit; difficulter autem redarguuntur, quae de longe diffitis narrantur. Romanorum et Parthorum imperium magis aperuit iftarum rerum cognitionem, quam ante tradita. Qui enim ifta defcripferunt, cum gentes, tum res geftas fidelius defcripferunt, quam priores: plenius enim perfpexerunt.

CAP.

Hyrcania.

ΚΕΦ. Ζ.

§. 1.

Τοὺς [1] δὲ οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας, Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι, τοὺς ἐπονομαζομένους [2] Πάρνους· [3] εἶτα ἔρημος πρόσκειται μεταξὺ, καὶ ἐφεξῆς ἡ Ὑρκανία, καθ' ἣν ἤδη πελαγίζει μέχρι τοῦ συνάψαι τοῖς Μηδικοῖς ὄρεσι καὶ τοῖς Ἀρμενίων. Τούτων

1) Parif. Medic. 3. 4. edd. Aldi, Hopperi δ' οὖν, in quo concurfu faepe variatur.

2) Medic. 3. 4. Vatic. Urbin. Mofcov. Venet. Parif. edd. Aldi, Hopperi Σπάρνους, quos etiam hic repetit vetus interpres. Xylander primus repofuit Πάρνους. Nempe ex praecedente voce adhaefit σ. *Tzfchucke.* Legendum hic quoque, ut poft, Ἀπάρνους. Nam Aldi codex habet Σπάρνοι, manifefto pro Ἄπαρνοι. Sed et Πάρνοι hi vocabantur, et ita legi poteft, ut infra dicemus. *Cafaubonus.* Sic in Juftino 41, 1, 10. ubi vulgo legitur *Spartanos*, Medic. notante A. Gronovio, adfert *Sparnos*. Eadem igitur hic valet ratio, quam in *Mardis* et *Amardis* fupra notavi. Ptolemaeus 6, 10. vocat *Parnos*.

3) Ex Medic. 3. 4. Mofc. repofui εἶτα pro ἦτε, quod exhibent cum editionibus reliqui. Tum ex Cafaub. Medic. 3. Parif. Mofc. πρόσκειται pro vulgato πρόκειται. Utrumque aptius videtur in progreffionis curfu notando. Confufio facilis et obvia in Noftro etiam. Cf. ad lib. 10. p. m. 309. not. 16.

CAP. VII.

§. 1.

Qui ad finiftram in Cafpium mare intranti offeruntur Nomades, a noftris hodie appellantur Daae, et cognomento Parni: poft folitudo interjacet, quam proxime fequitur Hyrcania: exinde mare altum jam fit, donec Medicos et Armenios attingat montes. Horum montium radi-

των δ' ἐςὶ μηνοειδὲς τὸ σχῆμα κατὰ τὰς ὑπωρείας, αἱ τελευτῶσαι πρὸς θάλατταν, ποιοῦσι τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου. Οἰκεῖ δὲ τὴν παρωρείαν ταύτην μέχρι τῶν ἄκρων ἀπὸ θαλάττης ἀρξαμένοις, ἐπὶ μικρὸν μὲν τῶν Ἀλβανῶν [4] τὶ μέρος καὶ τῶν Ἀρμενίων· τὸ δὲ πλέον [5] Γῆλαι, καὶ [6] Δοκουσῖνοι, καὶ Hyrcania.

4) Pro τὸ Ven. (antea etiam μὲν τι) Mofcov. Medic. 3. 4 Parif. τὶ μέρος, quod in Cafaub. ed. primum transiit in τὸ μέρος.

5) Γῆλαι rectius, ut ex Stephano conjicio. *Cafaubonus.* Sic in Strabone ipfo fupra p. 503. et poft p. 510. Nempe vulgo, nec refragantibus codicibus, ftat Γέλαι. In Stephano autem, quem refpicit Cafaubonus, legitur Γυλύς. Sed alii, etfi in terminatione difcrepant, per η efferunt, ut Dionyf. v. 1019. cum Euftathio. Cf. Holften. ad Steph. p. 84. H in ε facile converfum eft ex pronunciandi fimili ratione. Per η p. 510.

6) Ita exftat in omnibus libris, etiam in vetere interprete. *Tzfchucke.* *Docufinos* nusquam reperies. Peritus lector videbit, num fit legendum transpofitis mutatisque paucis literis Καδούσιοι. Perfuadet id mihi hic locus Strabonis, qui paullo poft fequitur p. 514. Κύκλῳ δὲ περὶ τὴν θάλατταν μετὰ τοὺς Ὑρκανοὺς, Ἀμάρδους τε καὶ Ἀναριάκας, καὶ Καδουσίους, καὶ Ἀλβανοὺς, καὶ Κασπίους, καὶ Οὐϊτίους. Sed eft alius locus longe aptior. Nam ita fcribit mox p. 510. Προσοικοῦσι δ' αὐτοῦ καὶ τὰ προσάρκτια μέρη, πρῶτοι μὲν οἱ Γῆλαι, καὶ Καδούσιοι, καὶ Ἄμαρδοι, καθάπερ εἴρηται. Quum dicit καθάπερ εἴρηται, docet nos, fic effe legendum, ut nos emendavimus. Nam hunc locum refpicit. *Cafaubonus.*

radices in lunae formam curvantur, quae ad mare definentes, intimum maris iftius receffum conficiunt. Hanc autem ad ima montium porrectam regionem, fi ab extremis mare verfus pergas, parva ex parte habitant nonnulli Albanorum et Armeniorum: ex maxima Gelae, et Docufini, Amardi,

Hyrcania. καὶ [6] Ἄμαρδοι καὶ [7] Οὐίτιοι, καὶ Ἀναριάκαι. Φασὶ δὲ Παῤῥασίων τινὰς συνοικῆσαι τοῖς Ἀναριάκαις, οὓς καλεῖσθαι νῦν [7*] Παῤῥασίους· [8] Αἰ-

bonus. Facile haec fidem emendationi adſtruant, niſi gravius vox ipſa moretur, populorumque illorum obſcura multa nomina.

7) Caſaubonn. Vatic. Urbin. Moſç. Ven. Medic. 3. 4. Pariſ. Κουίτιοι; vetus interpres etiam *Quitii*; edd. primae Κουίντιοι; inde a Xylandro legitur Κουίντοι. *Tzſchucke*. Lego καὶ Οὐίτιοι, ut in alio Strabonis loco. [p. 517.] Οὐϊτία autem, quae mox ſequitur, regionis iſtorum nomen eſt. Herodotus [3, 93. 7, 68.] videtur Οὐτίους appellare. *Caſaubonus*. Hill ad Dionyſ. v. 730. legi jubet Οὖννοι, qui certe ſint iidem. Equidem propter ea, quae adtulit Caſaubonus, dedi Οὐίτιοι. Κ adhaeſit ex καὶ per compendium ſcripto, uti ſit paſſim.

7*) Ita omnes libri ferunt praeter utrumque Mediceum, qui hic et antea ſimplici ρ emiſerunt. Vetus interpres vertit *Pharaſiorum* et *Paraſii* parum conſtanter. *Tzſchucke*. Nihil variant hic libri. Mirum tamen eſt, quam diverſam lectionem hujus loci habuerint libri Stephani, quem vide in voce Αἰνία. Miraberis hominis oſcitantiam. Plinius [6, 18. ſ. 16.] *Parrhaſinos* vocat. *Caſaubonus*. Stephanus vocat Παρσίους ex hoc ipſo loco, etſi male lib. 14. adlegat, ut alia ibi ſunt vitiata ſive Stephani, ſive librariorum incuria. *Parrhaſia* regio occurrit in Polybio 5, 44, 4. etſi ſuſpectum nomen videtur, de quo cf. Schweighaeuſer p. 201. Παρσίους tamen hic ex Stephano praeſert Holſten. in not. p. 17. quia manifeſte indicet, Strabo, illud Parrhaſiorum nomen in aliud quoddam vicinum fuiſſe transmutatum, cum alias dixiſſet, illud nomen adhuc ſervari; tum Parſios apud veteres interpretes apud Ptolemaeum 6, 18. in Paropamiſadis commemo-

Amardi, et Uitii, et Anariacae. Ferunt quosdam de Parrhaſiis habitaſſe cum Anariacis, et nunc eos Parrhaſios vocari,

